



~~17/6928~~

RES.
2780 A.

AMPLISSIMO PRINCIPI AC REVERENDISSIMO
DOMINO SEBASTIANO EPISCOPO BRIXINENSI,
BILIBALDVS PIRCKEYMHERVVS S. D.



III QVI ANTE NOS, Princeps amplissime, Ptolemæi Geographicæ manus adhibuere, ita suscepto vsu fuissent officio, vt nil omissum videri posset, quod ad tam clarissimi scriptoris mentē explicandā necessariū foret, plane superuacuis hic meus esset conatus, vtpote qui nil aliud, q̄ rem iam antea actā, iterū agere moliretur. Verum quum manifestius liqueat, q̄ negari possit, ex translationibus prioribus, vix vmbra quandā Ptolemæicæ venustatis & eruditionis ad latinas peruenisse aures, opere precii non desuturum existimaui, si et ego periculū facerem, num forsitan ceptū fœlicius mihi q̄ prioribus succederet interpretibus. Etenim cum duo (quantum scio) existerint, qui librum hunc vertere sunt ausi, Iacobus nempe Florentinus, & Ioannes Berenherus conterraneus noster, Italus tamen, licet græca aliquantulū calluisse videri possit, disciplinas tamen Mathematicas ita ignorauit, vt plerūq̄ nec semetipsum intellexerit. Germanus v̄o, tamen in Mathesi admodum excelluerit, in græcis tamen adeo aliquando hallucinatus est, vt rebus potius caliginem obfuderit, q̄ luminis aliquid attulerit. Ego vero, q̄uis de eruditione mea, tam græca q̄ Mathematica, non admodū gloriari possim aut debeat, nullius tamen viri boni ac docti iudiciū in hac mea translatione formido, cum astipulante veritate affirmare ausim, illam & prioribus dilucidiorē, & magis ad Ptolemæi accedere mentem. Quia in re vel vnicus testis, Ioannes nēpe de Regio monte, omnium Mathematicorū nostræ ætatis facile princeps mihi sufficiet, auctoritatē cuius in plerisq̄ me secutum esse, adeo non dissimulo, vt etiam fragmenta adnotationum eius, quæ penes neniū, præterq̄ me fuere, his meis lucubrationibus adiungi voluerim. Quis eruditus quisq̄, potius mirari possit, quorū nō longe plura notarit, q̄ q̄ tam pauca perstrinxerit, quod ij demum intelligēt, qui nostra cū Græcis, aut aliorum collaturi sunt editione. Sane si maledoctus quispiā, aut inuidus labori huic meo obganire ausus fuerit, ille sciāt, me tot iam annis & in publicis & in priuatis attritū esse negocijs, vt non solum improborū maledicta & calumnias nō vereri, sed & magnanimiter contemnere didicerim. Saltem hanc (vt spero) in negotio hoc euis tabo Sycophantiā, ne Romā (vt antea mihi accidit) ad dicendū fidei & Euangelij causam euocer, a viris merito laudandis, si tā idonei erunt ad restringendū immane hoc ab eis per Germaniā conflatum incendiū, quemadmodū antea fuerunt strenui ad suscitandū. Quin nec mea refert, si quibusdam leuiora, q̄ existimatio mea, aut legalis admittat scientia, egisse videbor, id enim quosdā susurrare iam audio, atqui hoc pridē non solū mihi, quū sacras quoq̄ tractarē litteras, sed longe etiā clarissimis obiectū esse viris scio, cui enim parceret inuidia? Verū cum nec gloriam (cuius iam me tenet satietas) venari cupiā, nec diuitias (quas mihi alioqui diuina benignitas vel abunde concessit) querā, nullum mihi studium vile erit, dūmodo sit honestū. Patiantur igitur suaves illi viri, animo me aliquantulū meo morem gerere, meisq̄ nō penitus asperandis perfrui delicijs, cum nec ego multifarijs eorū inuideā voluptatibus, forsitan ita fata tulere mea, vt dū alius alijs indulget oblectamentis, ego interim tanq̄ plane a negocijs seriatas, in pistrino me torqueā litterario, non sine bonæ valetudinis dispendio, amicorū obiurgatione, vulgi deniq̄ risu & subsannatione, a qua nec olim militum meorū abstinuit petulantia, cū me in castris nonnunq̄ libellos manibus tenere, ac inter bellicū furorē lectioni operam impendere viderent. Persuasum enī habent Germani, literis animum effeminari virilē, nec quēquā manu strenuū pariter et eruditione clarum esse posse. Sed rideat quisq̄ vt lubet, meūq̄ tam ambitionis q̄ lucri subsannet contemptum, dūmodo et mihi studia honesta, nulliq̄ viro bono culpanda tractare liceat, quin vt magis mihi illudāt emuli, sciāt nihil eque me post sacras litteras ac Mathematicas oblectare



dilisiplinas, sine quibus omnis philosophia, precipue y^o Platonica manca est, etiā si illis
 longē adhuc abiectiores & inertiores viderentur. Nō docent forsitan qui mihi ob hanc
 nauisatam operā, bene precetur, precipue n̄, qui haud difficulter intelligunt, quantum mihi
 in ista laboris exhaustū, quantumq; sedij deuotū fuerit, testabor & obiter me inter viros
 aliali quādo egisse. Proinde cum nihil in rebus humanis adeo perfectū & absolutū existat,
 ut ut omni careat menda, ac reprehensione, nec me lateat pleraq; in hoc opere in deprauiata
 esse, ut haud quāq; vitio restitui possint momento, vāquēq; sincerū, & in Mathematicis
 eius eruditum ac exercitū, (nam alias manū ne admoueat) hortor & obsecro virum, ut si
 quicquid vel ob exemplariore vitium, seu interpretis incuriam, aut scriptoris oscitationē, aut
 th̄ moris menti parū respōdeat, rationibusue quadret mathematicis, candidè illud emēdet,
 ac ac benigne corrigat. Etenim palā cernere est, non solū græca, sed et latina, ex diametro fere
 in inter se discrepare exemplaria, precipue vero in cōputatione numerorū, vbi ego fidem meā
 h̄ haud quāq; interpono, qui toties vitiantur, quoties ab indiligēti describuntur notario,
 n̄ nec mirū, cum græca sūt cetera. f. 5. S. S. cum imicē referant similitudinē, ut plerūq;
 al aliud pro alio substituatur, ac ideo vbi temerarius aliqui numerus legi deberet, ibi senariū
 aut sexcentum adnotatū intueas, & conuertio. Quin si ob scriptoris negligentiā, nulla
 f. f. nota addita fuerit, iam pro totis duabus, vnicā solū intelliges. Talia itaq; cum multa
 p̄ passim occurrant, peculiariter tamen in libro octauo locū sibi vendicant, ibi enim plū
 ē q̄ in quadringentis locis, non diei longitudo, nō locorū a meridiano Alexandrino dis
 stantia, non solis transitus verticalis, cum veritate conuenibat, adeo, ut impossibile mihi
 si fuisset, tot reparare mendas, ni omnia reiectis exemplaribus, ad veras & mathematicas
 & confugissem rationes. Nec mirū si ob numerorum in actionē tot errores in prophetas
 it̄ implere licet, quā nec sacre remanserunt incontaminatę. Q. enim apud Marcum legi
 tur Evangelistam. Saluatorē nostrū hora tertia affixū cruci fuisse, apud tres y^o rēquos
 h̄ hora sexta, ob nullam aliā accidit causam, q̄ q; subnitū scriptor parū diligens pro no
 tiā. 5. interposuerit, f. quod cum in tanta numerorū congerie varietate, quid delibrorū
 il̄ illorū censurū erit certū, in eis vbi cuncta non nisi numeris transiguntur. Porro quantum
 u temporis & laboris, in sola armillari cū orbe sphaera mihi insumptū sit, nemo nouit, nisi
 o qui et ipse in similibus periculum fecit, sed enim non solū numeri, sed & litterarum notę,
 l̄ linearū deductiones, omnia deturq; adeo deperditā ac inuēta vtilē, ut penitus inter se disti
 c̄ deiret ac pugnarēt, plāneq; coniectore aliquo indigerent. Verū ni fallor, ita restituta sunt
 l̄ singula, ut non minus authoris mendę, q̄ rationibus quadret mathematicis. Sane nec
 i hoc silentio pretereandū, q̄ cuncta tā græca q̄ latina, que mihi obegere exemplaria, non
 t̄ nihil in distantia parallelorū a circulo vātant equinoctiali. Ceterū ego eum locutus sum
 t̄ namentum, qui idē ai γερμανία δούρη; γγιστε υπαράλλασι (ut Ptolemęi verbis utar)
 v̄ verior existit, hoc si quis nos imitatus per mathematicas demonstrationes, aut rationes
 c̄ calculi, parallelorū nostro tempore distātiā a maxima solis declinatione, que partiū. 23.
 l̄ scrupulorūq; .29. esse censetur, sumere velit, nō parū a prisca illa, que Ptolemęi etate par
 t̄ tiū fuit. 23. scrupulorū vera. 50. varietatem deprehendet, ab Edyptice forsitā octauū circuli
 t̄ motū. Hęc ideo recitū, ut Geographicę studiosis, cogitandū et inquirendū occasione suggerer
 t̄ tē, qui etiā ex Ptolemęi institutione, loca, que nostro etate exactiori cura & diligentia obser
 t̄ uata sunt, industria sua emendare curabunt, ut si fiet, breui Ptolemęi nostri maiestati ad
 p̄stiniū suū nitorem restituti in cōfido. Ego quidē si Deus permiserit, nouas aliquādo
 t̄ tabulas edere constinui, meridianis equo distātib; ut Ptolemęus iubet, et haud quāq;
 t̄ inclinatū, quo lōgitudo recte ex vniq; tabule extremitate, cū latitudine, conueniat, con
 t̄ sentabitur & certū parallelorū ratio, non solū cum meridianis, sed in vera quoq; ab equi
 t̄ noctali distantia, ac quantitate diei, q̄ locis pro fundamento positis, que nostro etate
 t̄ tempore diligentiori obseruatione sunt rectificata, quā haud quāq; sit obscurū, q̄ non
 t̄ quadret hęc nostra etate, in locis plerūq; maxime Danubianis, Ptolemęi cōsideratio
 t̄ timetū non desit, quod illū possit, & ab errore & negligentia excusare, q̄ si aliter superis
 t̄ visum fuerit, non docuit n̄, qui his nostris insistentes vestigijs, ea que inuida nobis demer
 t̄ garunt fata, euentu absoluit foelocorū. Ceterū ut tandē ad te Princeps illustris reuertar

(nā in Geographiē nūclaudibus per se daris versari nil atinet) hunc laborē meū nemini potius q̄ amplitudini tuę dedicandū esse censui, non solum ob precipuā, quā in mathematicis disciplinis tenes scientiam, necnō virtutes alias tuas innumeras, quæ te & merito quidem citra vllum fortunę subsidiū in tanto collocarunt fastigio, sed etiā propter amicitia nostrā vetustā, singularēq̄ animi tui favorē, quo me multis iā prosecutus es annis, precipue quoties apud Inuictissimū & nuncq̄ oblitterandę memorię Cæsarem nostrum Maximilianū, in patrię causis Legati munere functus sum, tecq̄ presentem esse contigit. Quinetiā cum nūper in magno hoc conuentu imperiali, hac in vrbe celebrato, inter summos adesses principes, nec ego amplitudinem tuam officij gratia prę valetudine aduersa visitare possem, tu veteris non immemor humanitatis et confortij nostri, omni deposito fastu, vltro ad ædes meas accedere, ac tua me presentia honorare ac solari voluisti. Quæ propter vt & ego, eam saltem quā possem animi gratitudinē ostenderē, te vel tenui hoc demereri volui officio, quo & obseruantij in te meę pignus aliquod haberes, ac Ptolemęus noster tanto suffultus patrono, tuor in publicum exiret, & a vitiligatorū dentibus foret securior. Ea igitur Princeps colendissime, qua soles benignitate, animi potius obsequium, q̄ munusculi suscipere paruitatem, ac Ioannis de Regio monte, triangulorum, quos penes me vidisti libros, necnon eiusdē Theonis contra Trapezuntiuū defensionē, breui expecta, ac ititerim foeliciter viue. Norenbergę. Kalendis septembris. Anno Salutis nostrę. M. D. XXIV.

CLAVDII PTOLEMAEI GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS LIBER PRIMVS, IN QVO HAEC CONTINENTVR

- | | |
|--|--|
| <p>1 In quo differat Geographia a Chorographia.</p> <p>2 Quænam sint ad Geographiam præsupponenda.</p> <p>3 Qualiter ab stadiorū numero alicuius distantię rectæ (licet non sub eodē fuerit meridiano) ambitus huius stadiorum numeri sumantur & econtra.</p> <p>4 Quod ea quę ex apparētibus obseruata sunt, præferri debeāt ijs, quę ex peregrinationis comperta sunt historia.</p> <p>5 Quod historijs nouissimis magis sit adherendū propter mutationes, quę p̄ tempora accidunt in terra.</p> <p>6 De Geographica Marini enarratione.</p> <p>7 Rectificatio distantię latitudinis terrę cognite ex apparētibus, secundū Marinū.</p> <p>8 Eadem rectificatio ab emension itinerum.</p> <p>9 Eadem rectificatio a navigationibus factis.</p> <p>10 Quæ non oporteat Aethiopes supponere meridionaliores, q̄ sit parallelus oppositus per Meroem.</p> <p>11 De ijs, quę ad longitudinē orbis non recte a Marino sunt excogitata.</p> | <p>12 Emendatio longitudinis terrę cognite a peragationibus.</p> <p>13 Eadem emendatio a navigationibus.</p> <p>14 De navigatione a Cheronefo aurca ad Cattigara.</p> <p>15 De ijs, quę in particulari expositione Marini dissentiant.</p> <p>16 Quæ eum latuere quædā in prouinciarum terminationibus.</p> <p>17 In quibus ipse dissentit ab ijs, quę nostro euo historijs sunt prodita.</p> <p>18 Quæ sint inutiles Marini cōpositiones ad designationem orbis.</p> <p>19 De cōmoditate enarrationis nostrę ad designationem orbis.</p> <p>20 De mensuratione incōcinna Tabulæ Geographicę, a Marino compositę.</p> <p>21 Quænam obseruand. sint in designatione fienda in plano.</p> <p>22 Qualiter oporteat orbem in sphaera describere.</p> <p>23 Expositio meridianorū & parallelorū, qui descriptioni sunt apponendi.</p> <p>24 Modus per quem orbis in plano ita describi possit, vt cōmensuratione similis sit positioni sphaericę.</p> |
|--|--|

IN QVO DIFFERAT GEOGRAPHIA A CHOROGRAPHIA.

CAPVT I.



Geographia imitatio est picturae totius partis terrae cognitae, cum ijs, quae sibi quasi vniuersaliter sunt annexa. Differt autem a

Chorographia, nam illa per partes loca referat, seorsumque singula & vniuersumque iuxta se constituit, ac ferme omnia etiam minutissima illa, quae deprehendere possumus describit, v. g. veluti portus, vicus, populos, necnon a primis fluminibus diuertigia, et his similia. Geographia autem proprium est, vna & continuam terram cognitam ostendere, quae admodum se se habeat natura et positione, eaque solum in omnino deprehensibilioribus versatur descriptionibus, veluti finium et ciuitatum magnarum, gentium quoque, & fluuiorum, necnon circa ea, quae secundum speciem vniuersumque sunt insigniora. Porro finis Chorographiae connectione particulari continetur, veluti si quis aure tantum aut oculum imitetur. Geographiae autem contemplatione totius, proportionaliter ijs, qui intergrum caput describunt. Quum enim omnibus, quaeque supponuntur imaginibus, praecipue partes necesse est atque in primis adaptentur, ac etiam quaeque picturas excepturae sunt, distantijs, sufficienti remotione oculorum commensurate esse debeant, siue perfectum sit quod pingitur, siue pararticolare, quo cuncta sensibilibus percipi valeant, rationabiliter simul & vtiliter sequutum est, ut Chorographiae minutissime proprietates, Geographiae autem regiones ipsae, cum ijs quae vniuersaliter eis adiacent, attribuantur. Quonia & primarie orbis partes. Regionum nempe situs, tam magnitudine quam mensuratione recte sunt, coordinatae, ac inter has ipsas, ut se se habeant, quibus plurimum sunt differentiae.

versatur autem Chorographia ut plurimum circa quale magis disponendum, quam circa quantum, siquidem vbiusque qualitatis curam gerit, at non ita commensurationis positionum. Geographia autem circa quantum magis, quam circa quale, quandoquidem in omnibus diligentem proportionis distantiarum rationem habet, similitudinis vero usque ad maximam partium circumscriptiones, & iuxta figuram ipsam tantum, vnde illa quidem locorum eget pictura, nemoque eam recte exercebit, nisi vir pingendi gnarus, haec vero nequaquam, nam per lineas etiam tenues, ac denotationes tantum, positiones, et vniuersi figuratio nes ostendere potest. Quapropter illa quidem haud quaquam mathematico indiget instituto, hic vero pars ea praecipue requiritur. Considerare enim oportet, & totius terrae figuram ac magnitudinem, necnon situm eius ad caelum, quo cognita ipsius pars, quanta sit, & qualis, recenseri possit. Insuper & loca eius singula, sub quibus celestis sphaera sita sint parallelis. Ex quibus & nocturnum et dierum magnitudines, & quoniam stellas fixas verticales fiant. Et quae super terram, quaeque sub terra ferant semper, ac omnia quae de habitationis ratione coniectimus, percipi possunt. Quae cuncta sublimissima ac pulcherrima sunt speculationis, quam humanis deprehensionibus, per Mathematicas rationes ostendi possit, quo pacto caelum ipsum natura se habeat, quoniam nobis magna ex parte conspicuum esse potest. Terra autem per imaginem, quia licet certa sit & maxima, non tamen nos circumambit, neque tota simul, neque particulatim ab eisdem hominibus peragrari potest.

QVAENAM SINT AD GEOGRAPHIAM PRESUPPONENDA.

CAPVT II.



VIS igitur finis sit eius, qui Geographiam exercere velit, ac i quo differat a Chorographia, per haec quasi summam sit notatum. Cum vero in praesentiarum sit propositum, nostrae habitabilis describere orbem, ut quibus maxime cum veritate congruat, necessarium arbitramur

pmittere, pconationis historiã esse, q̄ notiã p̄stet ad institutionẽ talẽ, vtpote que plurimũ afferat cognitionis, ex traditione eorũ, q̄ p̄diti sciẽtia speculatiua, regiones p̄ticulari peragrãũt. Quodq; cõsideratio ac traditio hęc parti s̄r geometrica, partim vero superiorũ constet obseruatione, siquidẽ ad Geometriã spectat, q̄ per subtiles distantiarũ dimensiones, locorũ inter sese positiones reddãtur manifeste, ad obseruationẽ aut̄ superiorũ, q̄ idem fiat per apparentia, ex instrumẽtis, quibus astra & vmbre obseruãtur, quod et p̄fectius est & certius, alterũ aut̄ difficilius, ac illius indigens ope. Primũ enim quũ necessarium existat, vt supponatur, secundũ vtrũq; modũ, ad quãnam mundi positionẽ, duorũ locorum inquisitorum distantia vergat. (nõ enĩ simpliciter, aut solũ hoc scire oportet, quantum locus vnus distet ab alio, sed quonã versus, hoc est vt dicere sciamus, nũ ad septentrionẽ, aut ortũ, siue ad partiliores eorũ indinationes tẽdat) impossibile est, exacte hoc considerare, absq; obseruatione, que per p̄dicta sit instrumẽta, per que in omni loco ac rẽpore facile, & lineę meridianę positio ostenditur, et per ipsam ignotę locorũ distantie. Inde & hoc concedi necesse est, dimensionẽ, quæ p̄ numerũ fit stadiorũ, haud quãq; certã nobis iuxta veritatẽ p̄bere deprehensionẽ, quoniã raro in vias rectas incidere contingit, propter circuitus varios, qui & euntib; et nauigantibus occurrere solent. Et quia necesse est, ad rectitudinẽ inueniendã, id, quod in vhs, tã ex qualitibus, q̄ ex quantibus redundat, cõiecturã do tantũ, ab integris subtrahere stadijs. In nauigationibus aut̄ ventorũ status, qui vt plurimũ vires easdem haud seruant, ad dijudicandũ penitus norma carent. Insuper licet distantia quẽdã inter duo loca emensa exacte cognita fuerit, nõ ideo tamen ratio ipsius ad totius terræ ambitũ, nec positio, vtrũ ad equinoctialem seu polos tendat, patebit. Dimensio vero quæ sit per cœli apparentia, certã de singulis his cognitionẽ affert, ostenditq; qualesnã circũferentias inuicem per loca subiecta descripti intercipiãt circuli, parallelicq; et meridiani, hoc est paralleli circũferentias, que incidunt inter ipsos, & equinoctialis & meridianorũ, illi aut̄ eas, q̄ continent ab ipsis, & equinoctialis, & parallelorũ, ac etiã qualẽ circũferentiã duo intercipiãt loca, circuli illius, qui in terra maximus

scribit. Nihil deniq; stadiorũ indiget dinumeratione, siue ad rationẽ earũ partũ, quæ a terra sunt, siue ad descriptionis circũtũ vniuersum, sufficit enĩ supponere ambitũ telluris in partes quotquot voluerimus, per totidẽq; partes ostendere distantias in circulis maximis, super telluris superficie descriptis. Sed forsità ad diuidendũ nostris dimensionibus totum ambitum, aut partes illius in subiecta ac nota interualla hęc minus sufficiunt. Ideo huius rei grãtia solum, necesse fuit viam quandã rectã adaptare, circũferentię, que iuxta continentia, similis esset maximo circulo, ac rationẽ huius sumere, ad circulũ qui sit ex apparẽtib; stadiorũ v̄o numerũ, qui sub ipsa continetur, ex dimensione quæ sit a parte data, sicq; multitudinẽ stadiorum totius ambitus demonstrare. Cum enim ex mathematicis p̄supponatur, continuã et terrę & maris superficiẽ, quasi per totas partes esse rotundam, & idem centrum habere cum sphaera coelestiu, sequitur etiã, singulas ipsi incisiones cõmunes, que ex centro in planũ, necnõ ex dictis emittuntur superficiebus, maximos in semetipsis facere circulos, angulosq; in ipso plano ad centrũ cõclusos, similes circulorũ intercipere portiones, distantiarũ earũ, que in terra sunt; ac ideo quantitã stadiorũ, vbi directã fuerint, ex dimensionibus accipi posse, rationẽ vero que ad totũ est ambitũ ex ipsis quidẽ nullatenus, propter defectũ pertingentię parabole. A simili autem circũferentia circuli coelestis, recte sumuntur, quoniã ratio illius ad propriũ ambitum deprehendi potest, eadẽ aut̄ sit & a simili parte circa terram, ad circulum in ea maximum.

QUALITER A STADIORVM NUMERO ALICVIVS DISTANTIę RECTE, LICET Nõ SUB CODẽ SIT MERIDIANO, AMBITUS HUIUS STADIORVM NUMERI ACCIPIATUR & CONTRA

CAPVT III



QVI ante nos fuerũt, non solũ rectã distantiam in terra inquirebãt, vbi maximi circuli facit circũferentiam, sed eã, quocq; q̄ positionem in vnus meridiani plano haberet,

per Sciotherosq; obseruabāt signa d. o, quę super verticē erant, distantię, iuxta circūferentiā, quę ibi sub ipsis intercipiebatur meridianis, quę similis esset itinere, quūq; hęc singularem, vt diximus, in plano constituebantur, linee rectę, q̄ per extremitates ad signa, quę super verticē erant egrediebantur, inter se cōcurrebant, quia centrū circulorum, cōmune erat coincidentię signū. Quanta igitur apparerebat circūferentiā, quę inter signa erat verticalia, ac pars esset circuli, qui per polos scribitur, tantā etiā supponebant in terra distantiam ambitus totius. Vnde si etiā non per polos circulū secundū dimēsam sumpsimus distantia, sed a quolibet maximorū, propositū ostendi potest. Idē nobis patebit, si per instrumentū, quo sublimiora considerātur, eleuationes poli in terminis fuerint obseruate, necnō positione animaduersa, quā distantia ad aliū habet meridianū. Per quod etiam Meteoroscopiū multa alia vtilissima facile deprehendere possimus. Sed et quolibet die et nocte iuxta obseruationis locum eleuationem poli Borealis. omniq; hora sitū meridionalē, necnon habitudines dedinationū ad ipsum, hoc est, quales faciat angulos per viam descriptus circulus maximus cū meridiano, ad signum quod est super verticem, per quos similiter quesitam circūferentiā ex ipso ostendimus Meteoroscopio, & eam quoq; quę inter duos intercipitur meridianos. quū alij fuerint q̄ equinoctialis paralleli. Ita vt per talem modū, si solum distantia vnā recta in terra fuerit dimensa, totus etiam numerus stadiorū, quos ambitus continet, inueniri possit. Per hęc inde reliquū, necnon aliorum itinerū interualla, etiā sine dimēsiōne cognoscuntur, licet non penitus fuerint recta, necq; sub eodē meridianō aut parallelo constituta, dūmodo id quod ad omnem indinationem propriū est, diligenter accipiat, pariter & terminorum eleuationes obseruentur. Rursus etiā per rationem circūferentię, quę distantiam extendit ad circulum maximum, stadiorum quoq; multitudo a deprehenso totius terrę ambitu facile considerari potest.

QVOD EA QVAE EX APPARENTIBVS OBSERVATA sunt, præferri debeant ijs, quę ex peregrinationis comperta sunt historia.

CAPVT · III ·



GITVR quū hæc ita se habeant, si ij, qui particulatim regiones peragrarunt, talibus quibusdam obseruationibus vsi fuissent, certam penitus orbis descriptionē facere potuissent. Verum quū solus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatum (respectu tantę multitudinis, quam in Geographia designare necesse est) eleuationes poli Borealis traderit, easq; eidem subiectas parallelo. Quidam vero cum illis pariter loca quedam opposita, non quę equaliter ab æquinoctiali distaret, sed quę plane sub eodem essent meridiano, ex eo q̄ mutua eorum nauigationes secunde, ad arctum vel notum tenderēt. distantia vero q̄ plurimæ, & præcipue illæ, quę ad ortum vel occasum vergunt, imperfectiorem assequute sunt traditionem, non incuria eorum, qui historias condiderunt, sed ideo forsita, quia considerationes mathematicales nondū exactæ erant perceptæ, nec adhuc multę defectiones Lunares eodē tempore, in locis diuersis obseruate fuerant. Nā litteris mandatum est Eclipsim eam, quę hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuisse secunda. Ex quibus manifestū red dicitur, quantis temporibus equinoctialibus inter se loca distent, ad ortum vel occasum. Rationabile quoq; erit, & his consequens, eum qui Cosmographiam tractare velit, ea loca, quę per diligentiores obseruationes deprehensa sunt, designationi suę tanq̄ fundamenta quædam præsupponere, quę vero ab alijs tradita sunt, his adaptare, quousq; positiones eorum inuicem, cum ijs, quę prius fuerunt obseruata, tanq̄ traditionibus certiora, potissimum congruant.

QVOD HISTORIIS NOVISSIMIS
 magis sit adherendū, ppter inutationis
 que per tempora accidunt in terra

CAPVT .V.



GITVR descriptio
 nis aggressio, tali forsi
 tan cōtinet pposito,
 verum quū in omni
 bus locis, que nō pe
 nitus vel propter ma
 gnitudinis excessum,
 vel quia nō semp eodē

se habeāt modo, dephensa sunt, sc̄mper vnū
 quodq; tēpus historiā, tanq̄ certiorē p̄ferre
 sol et, ita etiā in Geographia accidit. Cōstat
 enim per ipsas temporū traditiones, multas
 partes continentis terre, que a nobis habitat,
 nondū propter difficilē magnitudinis peras
 grationem ad notitiā peruenisse. Quasdam
 vero non tales ac fertur esse, eorum culpa qui
 historias exceperunt fabulosissimas. Non
 nullas aut nunc longe aliter q̄ olim habere,
 vel propter particulares earū deuastationes,
 v̄letiam immutationes. Vnde necesse est, vt
 ibi nouissimis tēporis nostri traditionibus,
 penit⁹ quasi adhereamus, obseruātes obiter
 et historie antiquæ expositionē, necnō præ
 dictorū d̄iudicationē, vt liquere possit, qd
 fide dignum, quidue sit erroneum.

DE GEOGRAPHICA MARINI
 enarratione

CAPVT .VI.



MARINVS itaq; Ty
 rius, nouissimus eorū
 qui nostro fu. runt tē
 pore, p̄ti huic summo
 studio icubuisse vide
 tur. Patet enim pluri
 mas eū historias euol
 uisse, v̄ltra eas etiam

que prioribus cognite fuerant temporibus,
 ac scripta fere omniū qui eum p̄cessere, dili
 gentissime p̄cepisse. Quoniam ea que mi
 nus decenter, tā a pris̄cis illis, q̄ a semetipso
 credita fuerant, decenti primū rectificatione
 exornauit. Quemadmodum ex editionibus

ipsius, emendationis tabule Geographicæ,
 nam plures sunt, considerare licet. Proinde
 si cerneremus, nihil in vltima sua deesse cō
 positione, possemusq; ex solis monimentis
 illis, orbis designationē perficere, nullū v̄te
 rius in hacre laborē susciperemus, verū cū
 manifeste liqueat, quedā eum cum minus
 fide digna p̄ceptione collegisse, sepius p̄te
 rea in descriptionis institutione, nec facilita
 tis, neq; dimensionibus debitam curam ha
 buisse iuste moti sumus, vt viri huius nego
 cium susceptū, quantū opere precii arbitra
 mur, ad rationabiliorē et v̄tiliorem reducere
 mus modū. Quod quidē q̄ succinctius pos
 sumus, facere conabimur, cōsiderantes, breui
 bus nos ea, q̄ ad v̄trāq; speciē conferūt, ratio
 ne quadā consequi posse. Ac primū quidē
 ab historia initiū faciemus, secundū quā ex
 istimat ipse, & longitudinem terræ cognitæ
 plus ad orientem, latitudinē v̄o ad meridiē
 p̄duci oportere. Deinde forsitan non inepte
 totius superficiēi distantia, ab ortu occasum
 v̄sq; longitudinem, eā v̄o quæ est ab arcto,
 meridiem versus latitudinem vocabimus.
 Quoniā & parallelos, iuxta motū cœlestem,
 eodē appellabimus nomine. Sed & vniuers
 saliter quidē distantie maiori, recte, longitu
 do est attribuenda, siquidem plane hoc ab
 omnibus concessum est, q̄ orbis terrarum
 distātia, ab ortu versus occasum, lōge maior
 existit, q̄ ea que a septētrione est ad meridiē.

RECTIFICATIO DISTANTIAE
 latitudinis terre cognite, ex apparētibus
 secundum Marinum

CAPVT .VII.



PRIMUM igitur la
 titudinis terminū p̄
 supponit ipse Thylē,
 sub parallelo, qui bo
 realissimā terræ nobis
 cognitæ p̄te segregat.
 Parallelū v̄o hunc de
 monstrat ab ænoctiali

distare ad summū partibus. 63. qualium est
 circulus meridianus trecentarum sexaginta.
 Stadijs vero milibus triginta, ac insuper
 mille quingentis, ita, vt pars vna quingenta
 ferme cōprehendat stadia. Deinde Aethio

pū regionem, q̄ vocatur Agisymba, & Prassum p̄montoriū, sub eo ponit parallelō, qui australissimū terrę cognite finit terminum, quē etiā sub hyberno ponit tropico, ita vt secundū ipsum, tota orbis latitudo, iūcto tropico hyberno, p̄tū fiat octuaginta septē, stadia vero cōpleat quadraginta & tria millia quingenta. Qui etiā rationabile finis australē demonstrare conat, p̄ apparentia q̄dā, vt ipse putat, necnō p̄ itinera, q̄ & terra & mari historijs sunt prodita, quę singula quasi ex transcurfu consideranda erunt. Sane in enumeratione apparentiū, cōpositione sua tertia, ita ait. Zodiacus in zonā torrida totus super ipsam apparet, quapropter in ea trāsmutant vmbre, ac omnia astra occidunt et oriuntur. Sola autē Vrsa minor tota supra terrā apparere incipit, in borealioribus Ocei, stadijs quinq; milibus quingentis. Parallelus enī per Oceū p̄tibus eleuatur vñdecim ac quita duplici. Ab Hiparcho autē traditur, minoris Vrsę stellā australissimā, vltimā autē caudæ, a polo distare, partib⁹ duodecū, quicūq; duabus. Porro ijs inquit, qui ab æquinoctiali ad estiuū progrediuntur tropicū, polus borealis semp plus supra horizontē attollitur, australis vero plus sub horizonte deprimit. Qui vero ab æquinoctiali ad brumalē pergūt tropicū, ijs polus australis supra horizontē eleuatur. Borealis vero sub horizonte mergit. Igitur per hęc solū exponit, quę accidere debent locis, q̄ sub æquinoctiali sunt, vel inter tropicos posita. At qui, si etiā ita se habeat historia, apparētia tñ in locis, æquinoctiali australiorib⁹, nequaquā apposuit, veluti quenā stellę super verticē fiant, in locis illis, q̄ æquinoctiali sunt australiora, aut quantū ad austrū declinent vmbre meridianę in æquinoctijs, vtrūue Vrsę minoris stellę omnes oriatur aut occidant. Ac rursus q̄nā ex ipsis penitus nō appareant, quū polus australis super horizontē eleuatur. In ceteris inde dicit, q̄dā obseruata esse apparētia, verū nec illa propositū vilo pacto ostēdere possunt. Ait enī eos, qui ex India in Lymyricē nauigant (quēadmodū narrat Diodorus Samius in tertio) Taurū in medio habere coelo. Pliades vero secundū antennas medias. Qui v̄o ex Arabia in Azaniam feruntur, nauigationē dirigere ad meridiē & stellam Canobū, quę ibi Equus vocatur, estq; australissima. Ceterū astra q̄dā apud illos apparēt, quę apud nos ne nominantur quidem. Canisq; Anticane

prior oritur, & Orion ante cōuersiones estiuas totus. Ex his igitur stellis apparētib⁹, q̄dā manifeste ostendūt, quenā habitatiōes æquinoctiali sint borealiores, veluti Taurus et Plias, quę super verticē fiunt, nā astra hęc æquinoctiali sunt borealiora, q̄dā autē nihilo magis borealiorib⁹ australiores esse demonstrant. Canob⁹ enim apparere potest etiam ijs, qui longe estiuo tropico sunt septentrionaliores. Multaq; stellę, quę semper apud nos sub terra sunt, in locis quę nobis magis sunt australiores, ac etiam ijs, qui æquinoctiali sunt borealiores, veluti ijs, qui circa Meroem habitant, super terram fiunt. Quēadmodū Canob⁹ ipseq; ui nobis borealioribus hic minime apparet. Et hūc quidē meridionaliores, & nullū alium, qui nobis sit incognitus, Equū vocitāt. Adijcit & ipse mathematicis rationibus deprehensum esse, Orionē totum ante cōuersiones estiuas apparere, ijs qui sub æquinoctiali habitant. At Canis oriri incipit, priusq; Procanis, ijs, qui sub æquinoctiali habitāt, et ab ipsis Syene v̄q; ita, vt nec horū quoq; apparentiū peculiare existat, ostendere habitatiōes aliquid, æquinoctiali esse australiores.

E A D E M RECTIFICATIO AB
E M E N S I O N E I T I N E R V M

CAPVT .VIII.



ROINDE in itinere emensione, dum per terram singulatim p̄fectionum cōputat dies, a Lepti magna, vsq; ad regionē Agisymbam, hanc æquinoctiali australiorem esse stadijs quatuor milibus sexcentis octuaginta colligit. Rursusq; secundū dies nauigationis per mare, a Ptolemaide, quę est in Troglodytica, ad Prassum promontorium, æquinoctiali id australi⁹ esse colligit, stadijs viginti & septē milibus octingētis, ita vt & Prassum p̄montoriū, et Agisymbam regionē, quę Aethiopū est, & quę, vt ipse dicit, necdū Aethiopiā ab austro determinat, ad oppositū eorū p̄ducatur, qui gelidā inhabitāt zonā. Siq; dē viginti septē milia & octingēta stadia, cōstituit, in æquinoctiali p̄tes quinquaginti

ta quinque et tertias quinque, quot & ab altera equinoctialis parte distat, ac sub similis frigiditatis qualitate, Scythę degunt & Sarmatę, qui septentrionalia Meotidis incolunt paludis. Contrahit igitur & ipse numerus expostitorum stadiorum in summam dimidio minore, hoc est in stadia duodecim milia, quę serme hyemalis tropicus distat ab æquinoctiali. Addit & contractionis huius solummodo diuersiones a vijs rectis, necnon irregularitates itinerum causas esse, obmissis portionibus & proportionibus, ex quibus non solum diminutio necessaria videtur, sed etiam ut ad tam paruum redigatur numerus. Primum enim de itinere quo a Garama ad Aethiopiã itur, Septimium Flacum ait, qui in Libya militauerat, a Garamantibus, ad Aethiopes, quum ad meridiem perrexisset, trium mensium spacio peruenisse, Iulium vero Maternum a Lepti magna, quum Garamantes ex Garama Aethiopes inualissent, mensibus quatuor ad Agisymbã Aethiopum regionem applicuisse, quum iter semper ad meridiem direxisset, quo in loco Rhinocerotus congregantur. Quę utraq; etiam per sese incredibilia sunt, & quia Aethiopes interiores, non tantum a Garamantibus segregantur, ut trim estri distet itinere. Quum iam ipsi potius Aethiopes existant, et eundem quem & illi habeant regem. Et quia penitus ridiculum est, incursionem regis contra subditos super vnam distantiam solam factam fuisse, nempe a septentrione ad meridiem. Quum gentes illę, utrinque, & ad ortum & occasum latissime extendantur, ac nullibi eum moras relatu dignas fecisse. Quapropter certum est, viros illos falsa nunciasse, aut sic ad meridiem dixisse, quemadmodum indigenę dicere consueuerant in austrum, aut in Africum pro certiori, eo quod magis notum est abutentes.

EADEM RECTIFICATIO
a nauigationibus exactis

CAPVT .IX.



DOSTEA de nauigatione inter Aromata et Rapta, Diogenem quendam ait, qui in Indiam nauigarat, ac secundo fuerat reuersus, quum prope Aromata, nauigasset a Septentrione

arreptum esse, quum Troglodyticam a dextra habuisset, diebus viginti quinque ad paludes, ex quibus Nilus fluit, applicuisse, quibus Raptorum promontorium paululum est australius. Theophilum autem quendam ex ijs, qui in Azamã nauigare consueuerunt, a Raptis soluisse, ac austri flatu, die vigesimo ad Aromata peruenisse, verum neuter horum, quot dierum nauigatio illa esset, aperuit, sed Theophilus se die vigesimo illac applicuisse, Diogenes vero diebus viginti quinque Troglodyticam per nauigasse dixit, solum referentes, quot diebus nauigassent, minime autem aduertentes, quod diere nauigatio illa, propter ventorum in tanto tempore irregularitatem & imutationem esset. Neque utrum tota nauigatio illa ad septentrionem, aut meridiem facta fuisset. Verum Diogenes se tantum septentrione impulsus esse, Theophilus autem solum austro nauigasse retulit, reliquam autem nauigationem, quę eundem semper tenorem seruauerit, neuter dixit. Quum enim naues ille tot diebus, eodem fuerint impulsę ventis, haud quaquam est credibile, ac ideo distantiam eam, quam Diogenes, inter Aromata et paludes, quibus Raptum promontorium australe existit, viginti quinque emensus est diebus, Theophilus a Raptis, ad Aromata, longe maiorem, viginti diebus exegit. Theophilusque diei ac noctis nauigationem, mille esse stadia supposuit, cui rei licet ipse astipuletur, ait tamen nauigationem eam, quę a Raptis ad Praesum promontorium ac multorum est dierum, quinque milium tantum a Dioscoro stadiorum supponi, quum facile, ut par est, venti sub equinoctiali mutantur, ac ideo secundum ipsum etiam solis transitus ad obliqua celeriores ponuntur. Ob hæc igitur magis decuisset, ut relate diere multitudinis, fidem haud prestitisset. Et ideo etiam, quod omnium manifestissimum est, quod Aethiopes & Rhinocerotum conuentum ex opposito gelidę constituit zongę, quum ratio ipsa dicat omnia, quę sub eadem aeris qualitate posita sunt, esse similia, siue plantę sint, seu animalia, imitarique similitudines cęli, quę sub eisdem sunt parallelis, aut illis qui equaliter ab utroque distat polo. Quapropter Marinus, solum usque ad tropicum hybernum contraxit distantiam, nulla rationabili causa de contractionis quantitate reddita. Quum si quis & dierum numerum & seriem acceptaret peragratorum, quemadmodum ipse fecit, hæc seruaret quantitatem solum diurnorum stadiorum

preter modum et cōsuetudinē minuere, anteq̃ terminus ad eū perueniret parallelū, ad quē ipse venire censet oportere. Atqui cōtrariū potius sequi deberet. Nempe vt possibilitati diurne peragratiōis crederetur, tenori aut̃ perpetuo tā iuxta equalitatē, q̃ secundū positionem, minime fides adhiberetur, tāq̃ impossibile existat, vt distantia inquisita per hæc accipi valeat, aut illud solū, q̃ ea maior fiat sub equinoctiali, verū rectius ab aliquo eorū, quę manifestius apparent, deprehendi potuisset, tale enī longe fuisset certius, si quis magis mathematicalius cōsiderasset, quę regionibus illis accidere solēt. Verū cū historia talia prestare nequeat, reliquum est, vt a simplicioribus plenius consideretur rationale quantitatis vltra equinoctialē egressiōnis. At illa per formas & colores animalium, quę in locis illis sunt, percipi potest. Vnde sequitur, parallelū per Agisymbā regionē, quę sine controuersia Aethiopū est, nequaquē ad hybernū vsq̃ pertingere tropicum, sed citra equinoctialē potius terminare, nō enī apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropico estiuo, homines iā Aethiopū colores habēt, neq̃ Rhinoceroses sunt, aut Elephantes, sed in haud multū illis australioribus modice existunt nigri. Quēadmodū qui intra Syenē triginta habitant schoenis, qualesq̃ sunt Garamātes, quos Marinus ob hæc causam, nequaquē sub tropico æstiuo, neq̃ eo borealiores, sed prorsus australiores sedes habere inquit, in locis ṽo circa Meroem, iā satis colore sunt nigri, & primum Aethiopes meribicq̃ Elephantū ac mirabiliorum animalium pascur genis.

QVOD NON OPORTEAT

Aethiopes supponere meridionaliores, q̃ sit parallelus oppositus per Meroem.

CAPVT · IX ·



VAPROPTER bene habet vsq̃ huc, idest Aethiopes vsq̃, quemadmodū nobis traditio historiae de monstruosis, quę in illis degunt oris explicat, cōstatq̃ Agisym

bā regionē, & Prassum promontoriū, cū ijs quę eidem subiacent parallelo, describendā esse, sub eo ferme, qui ipsi opponitur p̃ Meroem; hoc est, qui ab equinoctiali meridiem versus distat partibus æqualibus sedecim ac tertia vna cū duodecima, stadijs vero octo milibus ac ducentis fere. Ita vt si tota latitudo exactius colligatur, partes sint nouē & septuaginta tertia vna cū duodecima, vel intergrę octuaginta, stadia ṽo milia quadraginta. Credenū preterea, distantia eā, quę est inter magnā Lepim & Garamā, quemadmodū et Flaccus & Maternus supposuerūt, stadiorū esse quinq̃ milium quadringentorum. Siquidem viginti dies secundi sunt itineris. plus q̃ primi abbreviati, tā ad meridiem q̃ ad septentriones, quū primum propter diuersiones dierū sit triginta, nā & stadiorū numerū diei vniuscuiusq̃, eos qui loca illa peragrunt, sepiissime annotasse ferunt, nō solū quia ita cōmodū, sed & propter auationū distantias necessariū fuerit. Proinde quēadmodū de ṽis magnis et raris dubitare oportet, precipue vbi distantie emense haud concordant, ita de non magnis, sed sepius & a multis peragratis vnanimiter relatis, credere decet.

DE IIS, QVAE AD LONGITVDINEM ORBIS NON RECTE A MARINO SVNT EXCOGITATA

CAPVT · XI ·




GITVR ex his nobis plane factū est perspicuū, quantū orbis latitudo extendi possit, lōgitudinem vero Marinus contineri facit sub duobus meridianis, q̃ interualla horaria disterminant, quindecim, nobis vero videtur, et ea quoq̃ distantie mensuratio, plus extendi ad ortum q̃ oporteat, etenim si hic quoq̃ contractio facta fuerit rationabilis, tota longitudo non integris duodecim interuallis horarijs constabit, quū insulę Fortunatę oc

cidentalissimo termino cōstituantur æquales, orientali autē immanissime partes Seræ, ac Singæ, necnon Cattis aras, porro in distantia, quæ est ab insulis Fortunatis ad Euphratis transitū, p̄ Hierapolim, si parallelus, qui per Rhodū est, obseruetur, quæ drabit numerus stadiorū per singula loca ab ipso relatus, nā id ex frequenti itinēris vsu cōperitū est. Quis etiā si ex maioribus ratiocinatū fuerit distantias, apparet, eū in rectificatione illius, q̄d propter diuerticula et profectiōnū redundabat irregularitates, debitū assequutū esse. Sed & in hoc quoq̄ recte sentit, partē vnā qualiū est circulus maximus tricentorū sexaginta, quingenta in terra constituere stadia, id enim confessis dimensionibus cōsonum existit. Circūferentiā autē ipsi similē, paralleli eius, qui per Rhodū transit, hoc est qui ab æquinoctiali abest partibus triginta sex, quadringenta fere cōprehendere stadia, nam id quod iuxta consentaneā parallelorū rationē superat, quū in exactiori deprehensione modicū existat, obmittendū est. Ceteræ distantia eā, quæ a p̄dicto Euphratis transitu, vsq̄ ad turrim lapideā, ac per ipsum esse colligit Schoenorum octingentorū septuaginta sex, stadiorū vero viginti & sex miliū necnō ducentorū octuaginta. Eam præterea quā ipse a lapidea turri, vsq̄ ad Seras, quæ Serū est metropolis, viæ septimestris esse, stadiorum autē triginta sex miliū et ducentorū asserit, vtrāq̄ tenq̄ sub eodē paralelo, secundum institutū nostrū, in debitā contrahemus rectificationē. Quandoquidē constat, eū in ambob⁹ itineribus nequaquā minuisse id quod p̄pter diuerticula sup̄abundabat. Quin in secundo etiā itinere in eosdē incidisse errores, quibus et in itinere a Garamantibus vsq̄ ad regionē Agisymbā, lapsus est. Nam et ibi quoq̄ collectū stadiorū numerū mensū quatuor, et dierū quatuordecim plus q̄ in dimidiā partē contrahere suit coactus. Quū incredibile sit, tā longo tēpore continuā peregrinationē factā fuisse, vt rationabiliter spaciū septē mensium attingere potuisset, & multo magis q̄ in itinere a Garamantibus, nā illud a regionis illius Rege, cū prouidentia, vt par erat, & nō fortuito pagrari potuit, sed & p̄petua ibi fuit trāquillitas, via autē q̄ est a turri lapidea ad Seras vsq̄, vehementissimis obnoxia est tēpestatibus. Nā ex ijs, quæ ipse supponit parallelis, illis qui p̄ Hellepontū & Byzantiū transeunt, subiecta est. Quapropter multa

etiā in eūdo moras accidere necesse fuit. Nā et per negociationis occasionem cognita est. Refert enim marē quendā, qui et Titianus vocabatur, virū Macedonē, ac patre mercatore natū, dimensionē hanc conscripsisse, licet ipse nunq̄ ad Seras accessisset, sed solū q̄sdā illac misisset. Atqui & ipse Marinus mercatorū historijs nequaquā fidē adhibere videt. Nam Philemonis relationi, qua longitudinem insule Hiberniæ ab ortu occasum vsq̄ viginti dierū esse tradidit, haud quāq̄ astipulatur, quoniā videatur hoc a mercatorib⁹ p̄cepisse, quos mercatura occupatos, veritatis indagatiōē haud curare ait. Quin sepius distantias arroganti quadā iactatione augere. Proinde de peragratiōe ista, mensū septē, nil aliud memoratu dignū, q̄ quāta fuerit, ab ijs, qui illā exegerāt, relatū esse, mōstro simile, ob temporis prolixitatem esse videtur.

EMENDATIO LONGITVDINIS
TERRAE COGNITAE A
PEREGRINATIONIBVS

CAPVT .XII.




DROPTER hæc itaq̄ et quia iter non sub vno sit paralelo. Sed turris lapidea posita sic circa eū, qui per Byzantiū, Seræ autē magis australes, sub eo, qui per Hellepontū scribitur, rationale visum fuisset, & hic quoq̄ multitudinē stadiorū, quæ ex septimestri collecta est itinere, triginta sex miliū ac ducentorum, minus q̄ in semisse diminueret. Ceterū in dimidiū tanq̄ plenioris deprehensionis gratia tantū contrahat, ita, vt exposita distantia esse cōputetur stadiorū decē et octo miliū, ac centū, necnō quarte vnus, partū vero quadraginta quinq̄ ac quarta vna. Etenī absurdū esset, & satis a ratione alienū, vt q̄s in vtrāq̄ via tantā supponeret diminutionē, ac in illa ab Garamantibus, quia argumenta resisterent, hoc est, propter differentias animalium quæ per Agisymbā sunt regionē, ac loca naturalia transcendere nequeunt, ipsius sequeret opinionē, in illa tñ via, q̄ est a turri lapidea,

ea querationi sunt consona acceptare nollet, quoniā ibi nullū tale esset argumentū, ex q̄ simile quid sequeretur. Sed per totā distantia, siue ea maior existeret siue minor, simile esse cœli qualitatē cōtenderet, ac si quis nequaquā recte per modū philosophiæ peculiarē coniectare posset, nisi in ijs, quæ penitus manifesta essent. Proinde distātia prior, ea inquā, quæ ab Euphrate ad lapideā est turrim, octīgētorū septuagīta sex Schoenorū, propter viarū diuerticula, ad octīgētos Schoenos tantū, stadia vero viginti quatuor milia contrahenda est. Credatur enī ei, q̄ in cōtinuitate illa, & per partes cōmensuratas, iāq; peragratas, verā assequutus sit dimensionem, q̄ vero diuerticula habeat plurima, ex ijs manifestum est, quæ Marinus ipse supponit. Cōcedatur enī viā, quæ ab Euphratis traiectu p̄ Hierapoli est, ad Tigrim, & inde per Garameos Assyriæ, et Mediæ, in Ecbatanas, et portas Caspias, per Parthiāq; in hecatonpylū, incidere, circa parallelū, qui p̄ Rhodū trāsit. Nā ille secundū ipsum etiā per dictas scribitur regiones, viā in, quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniā ciuitatē ducit, ad septētrionē declinare necesse est, quū Hyrcania ciuitas, q̄dam modo in medio posita sit paralleli, qui per Smynam, & eius qui p̄ Hellepontum est. Quapropter is qui Smynam transit, super ipsam Hyrcaniæ regionē scribendus est, qui vero per Hellepontū, p̄ partes australes maris Hyrcani, quæ parū septētrionaliores sunt, q̄ eiusdem nominis ciuitas. Rursus via, ab hac, in Margianā Antiochiā, per Ariam, primo quidē ab Ania, quæ sub eodem parallelo sita est, qui per Caspias transit portas, ad meridie declinat. Inde ad Arctos, quum Antiochia illa, collocata sit sub parallelo, qui p̄ Hellepontum transit, a qua, via quæ ad Bactra ducit, protēdit ad ortū, quæ vero inde sequit ad ascensum regionis montanę Comedorū, ad septētriones. At illa, q̄ per montana ipsa est, vsq; ad vallē quæ cāpestria excipit, ad meridiē tendit. Siquidē Borealia & occidentallissima montanę regionis, vbi est ascensus, sub eo parallelo ponit, qui per Byzantium transit. Australia autē, & quæ ad ortū vergūt, sub eo qui p̄ Hellepontū. Quapropter illā tradit reciprocā esse, ita vt modo ad ortum vergat, mox & ad austrū. Inde viam, quæ ad turri vsq; est lapideā Schoenorū quinquaginta ad arctos declinare par est. Etenī vallē inquit ascēdētes lapidea excipit turris, a qua

montes qui ad ortū tendunt, monti cōiungit Imao, q̄ a Palimbrotis insurgit ad arctū, Si igitur partibus sexaginta, quæ ex viginti quatuor milibus colliguntur stadijs, quot a turri lapidea vsq; ad Seras sunt, partes adijciuntur quadraginta quinq; & quarta, interstitiū ab Euphrate ad Seras vsq; per Rhodi parallelū partū erit centum quinq; & quarta vnus. Qui etiā ex ijs quæ ipse per particulare stadiorū numerum, tanq; sub eodē parallelo supponit, colligitur distātia, quæ est a meridiano insularū Fortunatarū, vsq; ad Sacrū Hispaniæ promōtorū, partū esse duarū et semis. Hinc ad Betis ostia, & Calpē vtriq; pariter partes duas & semissem, quæ vero sequitur ab hostijs Betis Carallini vsq; Sardinie, partes esse quinq; & viginti. A Carallis autē in Lylybē Siciliæ quatuor semissem, ac inde ad Pachynum tres, rursusq; a Pachyno in Tenarū Laconię partes decē. Inde Rhodū octo & quartā, a Rhodo vero ad Issum vnde decim cū quarta. Ab Issō autē ad Euphratem duas ac semissem, ita, vt tota hæc distātia, partium esse septuaginta duarum colligatur. Longitudo vero totius terre cognitæ a meridiano per insulas Fortunatas, vsq; ad Seras partium centū septuaginta septem cū quarta vna.

EODEM EMENDATIO A
NAVIGATIONIBVS

CAPVT XIII.



DROINDE quis tale esse lōgitudinem etiā coniectare posset p̄ interualla, quæ ipse in nauigatione ponit, ab India, vsq; ad sinū Sinarū & Catigarorum, si nauigationes secundū sinuationes & irregularitates, necnō positiones, consideraret, iuxta appropinquationē adiectionū. Etenim a promōtorio, quod post Colchiū est sinū, Coryc; vocatur, Argaricū sinum suscipi ait, qui vsq; ad Cururā ciuitatē tria milia & quadringenta contineat stadia. Corym; Cururę ciuitatē, quasi a borea sitā esse, Colligitur ergo transfretationem hanc, si tertia pars iuxta consequens Gægetici sinus fuerit subducta, duorū milium

ac triginta fere stadiorū, vna cum cursus in
 equalitate existere, a quibus si continuitatis
 gratia iterū pars tertia dempta fuerit, stadia
 mille trecenta ac quinquaginta ferme depre
 henduntur, iuxta positionē ad Boreā, quod
 spaciū si ad parallelā æquinoctialis lineam, et
 tanq̄ ad Apeliotē traductū fuerit, per dimi
 nutionē medietatis congruenter intercepto
 angulo, distantia, q̄ inter duos meridianos
 est habebimus, et eius que per Cory promō
 toriū, et que per Cururam est ciuitatē, stadio
 rum quidē sexcentorū septuaginta quinq̄,
 partis vero vnius fere cū tertia, p̄pterea q̄ pa
 ralleli per loca hec nil nota dignū a maximo
 differāt circulo. Rursus nauigatio a Curura
 ciuitate inquit, ad hybernū solis est ortum,
 Paluras vsq̄, stadiorū nouē milium quadri
 gentorū quinquagita, a quibus si ob cursus
 irregularitatē tertiā illā pariter detraxerimus
 partē, distantia, quæ ex cōtinuitate cōflatur,
 et quasi versus Eurū tendit habebimus, sta
 diorū fere sexmiliū trecentorū. Porro si ab
 his quoq̄ sextā depserimus partē, vt distan
 tia ad lineā parallelā æquinoctialis redigat,
 meridianorū quoq̄ horū distantia inuenie
 mus, stadiorū esse quinq̄ miliū ducentorū
 quinquaginta, partiū v̄o decē & semi s. Inde
 vero linū Gangeticū esse ponit, stadiorū de
 cē & nouē miliū, enauigationē vero illorū,
 a Paluris ad Sadā milia tredecī, quasi ad or
 tum æquinoctiale. Quapropter tertia tm̄ pars
 spacij huius, propter nauigationis irregulari
 tatē detrahenda est, ita vt & horū meridia
 norū distantia esse reliquatur, stadiorum octo
 miliū sexcentorū septuaginta, partiū vero de
 cē et septē cū tertia vna, reliquā v̄o nauigatio
 nē a Sada vsq̄ ad ciuitatē Tamalā, stadiorū
 esse facit triū miliū ac quingentorū, quasi ad
 ortū hybernū, a quib⁹ si iterū tertiā deduxer
 imus partē habebim⁹ cursus cōtinui, stadia
 duo milia trecenta trigita, q̄ si ob inclinatio
 nē ad Eurū sextam etiā dempserimus partē,
 expositorū quoq̄ meridianorū inueniemus
 distantia, stadiorū esse mille noningentorū
 et quadraginta, partiū vero trium fere necnō
 senis & tertie. Deinde transfretationē a Ta
 mala, ad Chersonesū aureā, stadiorū esse po
 nit, mille sexcentorū quasi rursus ad ortū hy
 bernum, ita vt si ibi quoq̄ similes auferant
 partes, relinquatur distantia meridianorum
 stadiorū esse noningentorū, partis v̄o vnius,
 cū quātis quatuor, distantia autē, que a Cory
ἔσοντες πρὸς τῆ ζ κ σύμμετρον ὡς α ε καὶ ἢ δ τ ἔαντι
 τὰς ζ σ η κ υ τρεῖς μὲν πῆ ζ κ σύμμετρον ἢ θ ω ἐλάττω
 εἶσαι τ πρὸς πλὴν κ ζ σύμμετρον καθάπερ ἢ πῆ θ υ τ. In-
 „ terps. ἀντὶ τῆς σύμμετρον dicit coæquale, quū longe
 „ aliud sit σύμμετρον, hoc est cōmensile, & coæquale
 „ sicut & superius notatū est. Ceterū id accidens
 „ de quo hic agitur in æquinoctiali etiā apparere
 „ autumat, quū tamen in præsentī, de quatuor
 „ tantū Circulis fiat mentio, tribus, s. parallelis,
 „ quorū duo quidē habitabilem definiūt, & medi-
 „ us qui per Syenē ducitur, ac de ipso meridiano,
 „ quē significat recta per mediū tabulæ deorsum
 „ proficiens, nam hæc uerba νοουμένης καὶ τὴν ἰσημερι-
 „ νὸν perpērā interiecta sunt ab inepto quopiam
 „ librario. uerū uix ullo in loco uenia iustior est
 „ quā in præsentī, quando & authoris ipsius uer-
 „ ba circumcisa sunt, ac expositione egent haud
 „ uulgari. Hic equidem sit comparatio duorum
 „ modorū describendi habitabilem in plano. præ-
 „ ferturq; posterior priori, quoniā in eo cōmen-
 „ sibilitas prope per oīa seruat. Non autē sic in
 „ priorē. Quare relatius in cōmentarijs nris geo-
 „ graphicis scriptum est. Quū itaq; prior modus
 „ multo rudior sit posteriore, nō possumus non
 „ mirari, eos, qui incertā uia ingrediunt, tantosq;
 „ sumptus, tmq; studiū impendūt, ut ob grauita-
 „ tem suā quā alias præferūt ab impijs existimē-
 „ tur sumi ac eruditissimi geographi. uulgus si q-
 „ deminers quantitatem operis spectat, qualita-
 „ tem uero ac modū nō spectat, illis ego nūc affir-
 „ mo priorē descriptōis modū a deo absōnū esse,
 „ ut æquinoctialis portio, iusto maior sit sex &
 „ uiginti sere gradib. Parallelus autē qui per Thy-
 „ lem scribit, iusto maior triginta gradibus, quē
 „ admodū uidere licet periculū facientibus. Ego
 „ quidē hæc ita esse certū habeo per demonstra-
 „ tiones geometricas, alius autē quicunq; experia-
 „ tur circino suo sicuti & ipse feci, post demon-
 „ strationes quāuis certissimas, hoc incōueniens
 „ quantū sit intelliget quisquis singulos gradus
 „ circuli magni quingentis adaptare stadijs fate-
 „ bitur Ptolemæo id asseuerante. Sed ne amplius
 „ digrediamur quū hæc alibi abunde explanata
 „ sint redire tempus monet ad ceptum negociū.
 „ Claudens igitur caput illud Ptolemæus ait τοῖς
 „ πῶν δ' ὅπως εἰχούτων προσημειώσας μὲν ἕμοιγε καὶ ταῦ-
 „ τα καὶ πάλαι ἢ δ' ἐλάττω εἰς ἐπιπινώτερον τῶν χεί-
 „ ρων ἢ ῥάωνος. τρεῖς δ' ὅμως ἀμφοτέρως τὰς με-
 „ δόδους καὶ αὐτὰ γὰρ ἐνεκεν τῶν ἐπὶ πλὴν προχρηστέ-
 „ ρων αὐτῶν ἀπὸ βρασώτης κατενεχθησονται. Interpres.
 „ His autē inquit, sic habitis magis & hic tenen-
 „ dū est, quod sit æquius qd q; seriosius, quā
 „ id quod debilius, faciliusq; utraq; tm forme
 „ seruandæ sunt ob ea quæ facilius in opere ad-
 „ ducunt. Author quidē Ptolemæus bina epitheta
 „ contraria ppriissime obseruat, melius, s. contra-
 „ deterius & laboriosius cōtra facilius. At Interps
 „ æquius p meliori positū opponit debiliori, ed
 „ p peiori uir ille suggestit, licet seriosius inepte

pro laborioso sibi dixit. Porro Ptolemæus ambas seruandum esse censet vias non ob ea quæ facilius in opere adducuntur, sicuti Interpres perplexe uertit, sed propter eos opifices qui ad faciliorem eorum propensi sunt.

ANNOTATIONVM IN
errores libri primi Finis.

Itaq; primo libro hæc enus percurso mox in præfatione sequentis uoluminis hæc Interpretis uerba leguntur. Deinde inquit, Africam ex
 „ ponemus ipsam etiã ab Asia separantes post
 „ maria quæ excipiuntur a Prasso promonto
 „ rio Aethiopiũ usq; ad sinũ Arabicum, Isthmo
 „ qui a ciuitate Heroum quæ in interiori sinu
 „ sita est ad nostrũ mare se ingerens Aegyptũ
 „ ab Arabia ludæaq; disterminat. Constat si
 „ num Arabicũ, mari rubro, ac cæteris deinde pe
 „ lagis esse continuũ, hincq; aduersus mare medi
 „ terraneum porrigi, breui quodam terreno spa
 „ cio interiacente, qd Ptolemæus uocat, Isthmũ.
 Sed ab hoc Isthmo non excipiunt maria, quæ a
 Prasso promontorio Aethiopiũ sunt, usq; ad si
 num Arabicum, sicuti uerba Interpretis signifi
 cant, id est sinus Barbaricus, ac mare rubrum,
 quũ inter hæc maria & Isthmũ memoratum, to
 tus iacet sinus Arabicus. Quæ si forte casum abla
 tiuũ Isthmo construere uelis, participio separã
 tes, quãuis ne hoc quidẽ ordine sensus sit perfe
 ctus, quum intellectus aliquid expectet, quo ex
 cipiantur hæc maria, iam Interpres Africam ab
 Asia separat per maria dicta, & Isthmũ, sinu Ara
 bico in totũ prætermisso, quod longe ab au
 thoris mente abest, quippe qui Libyam ab Asia
 fecernit, post maria quæ iuxta Prassum promõ
 toriũ sunt, usq; sinũ Arabicum, ipso sinu Ara
 bico, ac Isthmo, qui ab eius secessu iuxta Herou
 ciuitatẽ, ad nostrũ mare permeat. Hæc manife
 sta sunt adeo, ut nõ sit opus inferere uerba Pto
 lemæi. Hinc ergo ad particulares prouinciãrũ
 expositiones descendemus. Paulo post initium
 Albionis Insulæ Britãnicæ est apud Ptolemæũ
 κλώτα ἔρασις pro quo Interpres dixit. Clotais
 æstus, dupliciter peccans, tum q; præpositiõem
 græcam εἰς nomini κλώτα adnectit, quasi Pto
 lemæus dixerit κλωταῖς χύσις, tum q; æstum pro
 æstuario supposuit, multo differentibus his uo
 cabulis. Aestus quippe fertescencia maris est,
 qua sit æstuariũ, quasi stagnũ quoddã mari con
 tinuũ, quod græci ἔρασις uocant, i. affusionem.
 Hoc semel notasse satis fuerit, quanquã tradus
 ctor sæpe peccet oia corrũpens æstuariorũ no
 mina, quæ sunt in hac Insula Albionis, Lena,
 Ituna, Moricamba, Belisama, Scteta, Vexala, la
 mca, tot iste noia deprauat, toticsq; pro æstua
 rio æstũ in scite suggerit. Non aliter paulo post
 primũ æstuariũ quod dicit Clota inuertit Pto
 lemæi uerba ταρνεδούμῃ ἢ ὄρκας ἄρκας. Hoc est
 Tarnedũ quod & orcas promontoriũ. Hic em̃

Interpres dixit Tarnedume & Orcas promon
 toriũ, scilicet ex noie promontorij & articulo
 unũ conficiens nomẽ, quasi uero Ptolemæus di
 xerit ταρνεδούμῃ ἢ ὄρκας ἄρκας. Quæ uerba duo po
 tius quã unum promontoriũ solum significãt.
 Rursus in noie alterius cuiusdã promõtorij ab
 errat, quod, s. est postremũ in descriptione late
 ris meridiani, id em̃ uocat Nucantium promon
 toriũ, quod rectius nuncupatur Cantium, Can
 tijs etiã populis iuxta ipsum Regentibus, & in
 ferius mox antequã gentes Infulæ aggreditur
 uocat Nouantũ idem promontoriũ, ubi & græ
 ea habent νότιον & alia ἀκάντιον, adeo uaria ac in
 constans est nominiũ adnotatio. Iam uero popu
 los describens Damnonios sistit in partibus In
 fulæ pene borealissimis, sub Nonantis, s. qui om
 niũ borealissimi sunt, ac sub Selgonis, oblitus
 utiq; se dudũ statuissẽ Damnoniũ promõtoriũ
 in australissimis Infulæ partibus, unde populis
 illic degẽtib; Damnonijs nomẽ est, oim̃ inco
 lariũ australissimis, quemadmodũ & ipsemet in
 ferius exponit, paulo antequã Infulas Albioni
 circũiacentes aggreditur. Scire debuit homo so
 miniculosus, Damnios quidem oim̃ præter No
 uantas ac Selgonas esse borealissimos, Damno
 nios autẽ omniũ simpliciter australianos, tanto
 eos separante interuallo, quãto Iacobus Ange
 lus ab idoneo alienus est interprete. Neq; ei ue
 niã quispiã dederit, q; & græca hoc in loco cor
 rupta sunt. Nã si exemplaria emẽdare nõ potuit,
 neq; interpretari quidẽ debuit. Si uero emẽdan
 di facultas ei fuit, sed per securã, imo potius in
 diligentem recognitionẽ, saxa ut aiunt, transi
 lit, iam modo non ignosci debet peccatũ, sed &
 omnino damnari, quando & authorem lædit,
 & lectoribus falsam insinuat traductionẽ, sed
 uideamus græca, Selgonis populis ac eorum ci
 uitatibus iam descriptis sequitur τούτων δὲ πρὸς
 ἀνατολὰς δάμνιοι μὲν ἀρκτικώτεροι ἐν οἷς πόλεις. Ci
 uitatibusq; expositis mox sequitur γαδῖνοι δὲ
 ἀρκτικώτεροι ὠταδῖνοι δὲ μεσημβρινώτεροι ἐν οἷς πό
 λεις. Duabus subnotatis ciuitatibus sequitur. με
 τὰ δὲ τοὺς δαμνονίους πρὸς ἀνατολὰς καὶ τὰ λοιπὰ.
 uides & hic inconstantia, ubi pro Damnijs Da
 mnonij supponuntur. Est præterea aliud hoc in
 loco uitium quod extemplo apparet si ciuitatũ
 nominibus ac numeris omissis filum historię
 continuũ faciamus repetitis etiam Selgonis ad
 hunc modum ὑφ' οὗς σελγοναῖ. τούτων δὲ πρὸς ἀνα
 τολὰς δάμνιοι μὲν ἀρκτικώτεροι γαδῖνοι δὲ ἀρκτικώτε
 ροὶ ὠταδῖνοι δὲ μεσημβρινώτεροι. hic nempe disiun
 guntur Damnij & Gadenitanquam in diuer
 so situ positi, & tamẽ utriq; septentrionaliores
 significantur. Alteros ergo aut Gadenos aut
 Otadenos supuacuo adnotatos esse oportet, ne
 uel duplices sint borealiores uel australianos
 duplices, coniunctione græca δὲ id postulante.
 Exemplar aut latinum Iacobĩ nec Gadenos ha
 bet neq; Otadenos, sed ciuitates oēs quæ sunt

a Colania ad Bremeniū adscribit Damnijs, nulla mentione facta Otadenorū ac Gadenorū, omissisq; ciuitatib. tribus, Lindo, uictoria, et Curia. Deinde Brigantibus expositis Ptolemæus dicit *λετίωρ* ἢ *νικηφόριος* hoc ē legio sexta uictrix. quū a ducē Nicephoro non a uictoria noīari debuit. Et inferius *λετίωρ*. κ. *νικηφόριος*, id est legio uigesima Nicephorica, hic Iacobus habet nescio quid tale Diua & leuia uictrix.

HISPANIA.

Iam uero Hispaniā Beticam ingressus montem eius Tenariānum appellat, quem Marianum uocare debuit, Ptolemæo dicente *ὄρη δὲ ὀνόμαζται τῆς βασιλευσῶν τὸ τε μαριανὸν* interiectisq; numeris *ἡρῆ δ' καλεῖται μιν οὐρανὸν πελά.* Homo iste cecutiens coniunctionem π. nomini montis imperite adnexuit.

LUSITANIA.

Necq; Lusitania ab eius peccato immunis est. Nam ubi Ptolemæus dicit de Doris fluuiō *δὲ πρὸς τὸ πέρατι τῆς λυσιτανίας τὸ ποταμὸν μέριθ.* id est pars autē fluuij iuxta terminū Lusitaniae. Hoc Iacobus sic inuertit. Pars uero Lusitaniae quæ finē habet in ipso fluuiō gradus tenet $9 \frac{2}{3}$. $41 \frac{2}{3}$. Totū quidem Lusitaniae latus septentrionale, finē habet in ipso fluuiō, quare & totū illud latus tenet gradus hic adnotatos, quod est in cōueniens, uidelicet tantū longitudinis spacium ad indiuiduū quōdāmodo sitū constringere. Corripit deinde Lusitanorū ciuitatum nomen, quæ cū uocatur Scalabis et ab eo hominatur Scalabis Colonia. Alia uero Cappasa Lusitanorū ultima penitus non apparet, sed facilius id cōdonamus. Porro in Callaicis Lucensibus dicit Lapatia corū promontorium, ἢ ne id quidē Ptolemæo rī deat, dicenti *λαπατία κὸρὸν ἀκρορ.* hoc est Lapatia Cory promontorium. Sed hæc tanq; leuia pcurrimus, ac numeros in totū præmittimus, quū in templo Veneris quod in extrema Pyrene est ad pelagus baliaricū adscribat longitudinē graduū 23 quū situm sit in gradib. $20 \frac{5}{6}$. Nolo equidem culpā quæ librarij esse potuit in Iacobū quāuis segnem Interpretē detorquere. Sed quū hunc eundem numerū inferius repetat ante descriptionē montiū, dicit eū post hanc dictum Veneris templū $23.42 \frac{5}{6}$. suspicari licet in curia ppria id uitiū euenisse. Itaq; his numeris ducibus templū Veneris in Galliā Narbonensem transferri ad os prope Rhodani orientale. Illud uero ridiculū est quod pro ciuitate quæ Alonæ uocatur Alonæ fluuij ostia supponit. quū in graeco sit *ἄλωνά* ubi nulla apparct terminatio genitiui. Iam uero ex mōtib. unus est qui apud omnes Graecorū uetustissimos Codices uocatur *ἡρῆ δ' ἡρῆ* is autē a Iacobo scribit Dubeda. f. ablatocapite noīs quasi fuerit articulus ipi proprio nomini propositus, uidebimus & alia hominē errata ad montes spectantia, si prius Pyrenæis superatis ad Galliā Aquitanicā descenderimus.

GALLIA. AQUITANICA.

Nempe in eius definitione hæc pfert Interps.
 ,, Orientale autē inqt latus Lugdunēsi coniugitur iuxta Ligirē fluuiū usq; ad eius originē,
 ,, cuius situs hēt gradus $20.44 \frac{2}{3}$. & parti Narbonēsi. usq; finē iuxta Pyrenē, cuius gradus
 ,, sunt $19.45 \frac{2}{3}$. Meridionale uero latus parti
 ,, Pyrenes cōiunctū est & parti Narbonēsis.
 ,, Narbonēsi quidē a capite Ligiris fluuij usq;
 ,, ad dictū finem iuxta Pyrenem. Pyrenē uero
 ,, iuxta partē quæ inde ad lassum promontoriū tendit. Viden quæso ut cōfundit duo hæc latera. Pars orientalis lateris est a capite Ligiris fluuij, ad sitū gradus habentē ut ipse ponit $20.44 \frac{2}{3}$. id est ad diuertigiū Cemenorū montiū a Pyrenæo, hunc eundē limitē cōem Aquitaniae & Narbonēsi, meridiano quoq; lateri Aquitaniae adscribit. Non aliter meridianū & occidentale confundit latera. Nam meridianū latus ait esse coniunctū Pyrenē, iuxta partē quæ inde scilicet a dicto termino est ad lassum, ut ipse uocat promontoriū. At hæc pars Pyrenes curuaturam habet aduersus Tarraconēsem. unde Pyrenē palā ad septentriones flectit. Itaq; Aquitania a meridie definit parte Pyrenes, quæ a dicto termino ad caput Ligiris relato, est usq; ad curuaturam eius. reliqua uero portio ad Oassum promontoriū definēs, occidentali Aquitaniae termino debet. hæc neminē latebunt, quatuor insignēs notas in Pyrenē ipsa aduertentē, uidelicet Oassum promontoriū ad oceanū Aquitanicū, curuaturā ad Tarraconēsem, diuertigiū Cemenorū montiū, ac Templū Veneris ad mare Gallicū. uerum ne uideamur ex cōposito oēm culpā in hunchoiem cōtorquere, si nō oēm huius erroris causam detxerimus. uidere oportet preciiū est graecorū quæ negligentia, ne dicā Ptolemæicę doctrinę corruptelā, nā q̄ in oibus pene graecis exemplaribus. de hac definitione leguntur, hæc sunt. *ἢ δὲ ἀνατολικὴ πλοῦρα, σὺν ἡρῆ τῆς λουγδοωνισίας μέρι κατὰ τὸν λίγηρα ὄρ μέρι τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. ἢ δὲ δέσις ἐπέχῃ μόρας κ. με. ἡρῆ τῆς ναρβωνισίας μέρι μέρι τὸ πρὸς τὴν πύρηνον πέρατος. ὅυ ἢ δέσις ἐπέχῃ μόρας 19 μς 5. ἢ δὲ μεσημβρινὴ πλοῦρα, σὺν ἡρῆ τῆς πύρηνον μέρι ἢ τῆς ναρβωνισίας. τὴν μὲν ναρβωνισία ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸν λίγηρα ποταμὸν, μέρι τὸ εἰρημλὺς πρὸς τὸ πύρηνον τὸ ὄρη πέρατος. ἀπὸ δὲ ἀσμάρ τὴν τὴν πύρηνον κατὰ τὸ ὄρη πέρατος. ἀπὸ δὲ διασῶ ἀκρωτήριον.* Quæ sic ad literam scere traducuntur Orientale autē latus coniunctū est Lugdunensis parti apud Ligurem usq; caput eius situm habens in gradibus 20.45 . & parti Narbonensis usq; ad terminū in Pyrenæo cuius situs habet gradus $19.45 \frac{2}{3}$. Meridianum uero latus coniunctum est parti Pyrenes ac Narbonensis. Narbonēsi quidē a capite Ligiris fluuij usq; dictum in Pyrenæo monte terminū, ab occasu autem Pyrenæo secundum partem quæ hinc est ad oassum promontoriū. Hæc a Iacobi inter

præter merito haud multum dissonant, nisi quod ad
 finem huius loci nullam is. termini occidentalis fa-
 cit mentionem, an quia neque in exemplari suo erat.
 an quod ipse uacillabundus inconstantiâ defini-
 tionis uel non intellexit, uel inconsulto demur-
 tauit. Deinde quum in hac prouincia Aquicani-
 ea sint Bituriges populi duplices, hi quidem ubi
 bisici illi autem Cubi, utriusque apud Iacobum dicun-
 tur (Lugdunensis) Bituriges Eubisici, in Lugdo-
 nensi sic habet paulo post initium. Biducensium
 Argenuæ fluuij ostia 13. 50 2. Quum inter Ti-
 tum & Olmam fluuios non sit alius in uetustis
 exemplaribus. sed dicat nobis Interpres ubi nam
 sit caput Sequanæ fluuij celebrati quando quid-
 em medium eius est in gradibus 24. 47 3/4. nam
 eius uerba hæc sunt. Orientalis lateris pars Bel-
 gis coniungitur iuxta Sequanâ fluuium cuius
 medium gradus habet 24. 47 3/4. Præterea lineæ
 rectæ quæ ab ipso prodit usque in finem, cuius si-
 tus 25. 45 2/4. hoc medium æqualiter prope distat
 ab Oceano Britannico, cui Sequana infunditur,
 & a mari Gallico, quate & in eodem mari
 Gallico, aut in ora maritima Narbonensis haud
 procul ab ostijs uari fluuij caput Sequanæ quæ-
 rendum est. Neque ab hoc errore immunes sunt
 plerique omnes græci Codices, in quibus hæc
 uerba leguntur ad definitionem Gallia Lug-
 dunensis spectantia, ἡ ἀνατολικὴ τῆς γαλλίας ἢ τῆς
 πρὸς τὴν ἰταλίαν κατὰ τὴν ἰσθμὸν τοῦ ποταμοῦ. ὅν τὸ
 μεταξὺ ἐπέχει μοίρας κδ. μλ. γ. κζ. ἔτι τῆς ἐπιπέδου ἀπὸ
 τοῦ ἡρακλίου μέχρι τῆς ἰσθμῆς ὅν ἡ δέσις κε δ. με γ. hoc
 est Orientale autem latus coniunctum est Belgi-
 cæ ad Sequanam fluuium, cuius medium habet
 gradus 24. 47 3/4 & adhuc lineæ quæ ei arrigitur
 usque terminum, cuius situs 25. 45 2/4. Quod nume-
 ri discrepant, quauis ne id quidem nota careat
 ad propositum nihil facit hoc potius quærens-
 dum est, quomodo iuxta Sequanam, ut ipse di-
 cit sint Arnuta cum duabus suis ciuitatibus. An-
 trico & Cenabo, quippe que non plus a Ligire
 sequana distant, et rursus quomodo sub Ar-
 nutis sunt Parrisi ac ciuitas Lucodæta, quum
 ab Arnutis ad ortum illinc secedant numeris id
 plane cōmonstrantibus. Alios denique populo-
 rum inconstantes situs præter eantur Rhodano
 „ iniuriâ suam causante quam Iacobus his in-
 „ sinuat uerbis. A parte Orientali Auernorū
 usque ad scissionem Rhodani fluuij ad septentri-
 onem gens Aeduotū habitat, scilicet uocabulum
 ἐκτροπῆς in scissionem uertit, nam hæc leguntur
 uerba Ptolemæi ἐπὶ ἀνατολῶν δὲ τῶν ἀρνεύων μέχρι
 τῆς πρὸς ἀρκτὺς ἐκτροπῆς τῶν ῥοδανῶν ποταμῶν, δὲ τῶν
 αἰνῶν ἐδν. Ostendat quæso ullam notabilem
 Rhodani scissionem, præter eam quæ paulo su-
 pra ostia eius est. Quāto rectius dixisset ad hūc
 seremodū. Ab exortu autem Aruernorū usque
 diuertigium Rhodani fluuij ad septentriones
 Aeduorum gens. Hoc autem diuertigiū est, ubi
 Arar Dubi fluuio dudum recepto in Rhoda-

num incidit, nisi forte scissionem huiusmodi
 contra fluxum amnis, hoc est ab ostijs non a fon-
 te præter consuetudinē loquentium animaduertit.

GALLIAE BELGICAE. (tere uelut.)

Describens latus Gallia Belgica ita inquit
 Ptolemæus. ἡ δὲ ἀπὸ ἀνατολῶν πλὴν τῶν περὶ ὀρίων
 ῥήνων ποταμῶν πρὸς τὴν μεγάλην γερμανίαν. ὅν ἡ μὲν
 κεφαλὴ ἐπέχει μοίρας κδ. μλ. γ. δὲ ἔτι τῶν ὀρίων
 ποταμῶν πρὸς διουμάς ἐκτροπῆς μοίρας κκ. ν. κζ. ἔτι τῶν ὀρίων
 πρὸς τῆς ἀρκτὺς ἐπὶ τὰς ἀλπίδας ὅριον ὁ καλεῖται ἀδούλας ὅριον
 κδ. β. με δ. Interpres sic uertit. latus autem quod
 „ ad ortum spectat a dicto fluuio terminatur
 „ iuxta magnam Germaniâ, cuius caput gra-
 „ dus habet 29 3/4. 46. Pars uero quæ iuxta flex-
 „ xum Obrinci fluuij ad occasum. 28 50.
 „ Quod autem in monte est qui a fontibus dicti
 „ fluuij ad alpe tenditur & Adulas mons ap-
 „ pellatur 29 2/4 45 3/4. Mirari licet hominis
 inconstantiâ, qui ἐκτροπῶν hoc quidem loco in fle-
 xum uertit, alibi uero in scissionem, sed utro-
 bique ignorantissime, nam flexus & scissionis
 alta sunt nomina ἐπίστροφῆς & χίσμα ἐκτροπῆς αυ-
 tem dici potest diuertigium, siue diuersio quæ
 quidem a flexu multifariam differt. Quum enim
 tam ἐκτροπῆς quàm ἐπίστροφῆς in tractatu Geo-
 graphico accipiatur pro ea parte fluminis ubi
 rectitudo fluxus amittitur hæc tamē lentē inci-
 piens desinensque arcus speciem præbere uidet,
 illa autem repente & ad angulum certum fieri
 solet. Flexus ubi nam incipiat haud statim com-
 monstrabis, diuersio autem ad punctum quasi
 ostenditur. in diuersione præterea suam utraq;
 pars fluminis rectitudinē seruare potest, quem
 admodum duæ lineæ rectæ in puncto uno indi-
 recte coherentes angulū complectuntur. Fle-
 xus autem custodire nequit ubique rectitudinem
 quin curuatura adsit.

Quum igitur in flumine Obrinca nusquam appa-
 reat huiusmodi curuatura notabilis, & si qua
 esset eam procul ab alueo Rheni abesse oportet.
 quonam modo igitur talis flexus indicare
 poterit eam Rheni partem quā Ptolemæus des-
 notat, ubi scilicet amnem Obrincam Rhenus
 ipse excipit, per diuertigium itaque Obrincæ non
 flexus ea pars Rheni apte representatur.

IN RHÆTIA.

Inferius iterum πρὸς ἐκτροπῆς uocabulum in scif-
 sionē uertit, ubi Ptolemæus Rhætia terminos
 exponit, dicens ἡ ῥαητίας ἡ μὲν διουμική πλὴν τῶν ὀρίων
 ζεταὶ τῶν ἀδούλας ὅριον κζ. τῆς μεταξὺ τῆς κεφαλῆς τοῦ
 κ. ῥήνων καὶ τοῦ δαρουβίου ποταμῶν τῶ ἀπὸ τῆς πρὸς
 χεῖρας τῶ αἰνῶν ποταμῶν ἐκτροπῆς. Interpres. Latus
 „ septentrionale parte terminatur Danubius
 „ quæ a fontibus est usque ad Aeni fluuij scif-
 sionem. hic scissionem Aeno adscribit eam, quam
 superius in descriptione Germania T. Danubio
 attribuit, neutro eorum fluminū ullam habere
 scissionem in eo loco, nisi Aenuum, scindi existit
 met quod fluxus eius quodammodo euahescit. At

hoc non est scindi, sed ut ita dicam truncari. scissio enim fit partibus totius separatis, sed adhuc superstitibus. Præterea si hac ratione niteretur interpretis cui non τὰς ἢ ποταμῶν ἐκβολὰς appellauit scissiones? quando plæraq; flumina mari occurrentia, quasi repente perdant tenorē cursus sui, redundantia maris id efficiente. Sed ut de omnibus fluuijs minoribus idem quod de Aeno dicitur sum intelligat. Aenus ipse Danubio iam infusus, fluxum suum non repente deserit, non substantiā, neq; continuitatem perdit, sed ripis proprijs desertis, Danubij ripam alteram alluit, colore proprio aliquandiu seruiato. Quod & in alio quodam anne ignobili, & eodem in Danubiū labente e regione Aeni magis perspicui potest, quem nostrates uocant Illicium. Is enim aquā suam oleaceam atrumq; colorem Danubij ripam alterā nactus, lōge & quasi pertinaciter custodit, nō aliter q̄ Orcus Thesalīæ amnis referente Plynio tetricum suum colorem seruat. Pæneo flumini iam infusus, Præterea multa secundum Danubiū offendimus diuertigia minorū amnium, ac demū in Pannonijs Mysijsq; utpote Narabonis, Tibisti, Carabonis, Cabri, Alutæ, Hierassi, quæ omnia uocabulo τῆς ἐκτροπῆς, id est, diuertigij non scissionis significantur, sed ut diutius circa Danubiū uersemur, audiamus Interpretem in definitione Pannoniæ superioris.

Pannonia superior.

A septentrione inquit terminatur monte præfato Norici, & parte Danubij quæ est a Cetio monte usq; ad scissionē Narabonis fluuij. Discatque so quisnam sit mons ille Norici, qui una cum parte Danubij dicta Pannoniā a septentrione determinat? Profecto nullus est omnino mons huius definitionis particeps, nisi Cetium ipsum significare uelit. At ille Pannoniā ab occasu definit, sicut & Noricum ab exortu. Quapropter Danubij solum, ea portio quæ a Cetio monte est usq; diuertigium Narabonis Pannoniā a septentrionibus determinat. Video tamen nōnullis quoq; græcorū id peccatum impingi posse dicentibus ἀπὸ δὲ ἄρκτωρ, τὸ ἐκφυλῶ ὄρη τὸ νωρικὸν καὶ τὸ τῶ δανουβίῳ μέρει τὸ ἀπὸ κείνου ὄρους μέχρι τῆς κατὰ τὴν ναρὰβῶνα ποταμῶν ἐκτροπῆς. Porro Interpretis non solum nomen τῆς ἐκτροπῆς in scissionem uertit, sed & uerbum ἐκτρέπεται in scinditur. Nam in descriptione Pannoniæ inferioris, ubi Ptolomeus dicit μέχρι τῆς τῶ δανουβίῳ καμπῆς καὶ τῆς ἐκτρέπεται ὁ σαυίος ποταμῶς Iacobus usq; ad flexū inquit Danubij iuxta quem scinditur Sanus fluuius. Itaq; ad hoc deductus est, ut hæc duo uerba græca ἐκτρέπεται & χιλιεται per idem latinū, hoc est scinditur Imperite interpretetur, qd plane apparet in principio χιλιεται. His Ptolemæi uerbis indicantibus δὲ κατὰ τὴν ἐκτροπῆν τὸ πρὸς Δουναῖος ἐκφυλῶν, ὅς Διὰ τὴν Διὸς ποταμῶν ἐρχόμενος ὁ χιλιεται καὶ κατὰ τὸν ποταμῶν

λίρως ἐπὶ τὸ κέτιον ὄρος. καὶ μὴ τὸ ἀρκτίωτερον μέρος καλεῖται σαυαρίας. κατὰ δὲ δὲ μεσημβρινώτερον μέρος μ δ σ με σο. Vbi Interpretis quod inquit, iuxta flexum ad occasum extenditur, & per geminas Pannonias fluens scinditur in Carroduno ciuitate uersus montem Cetium iuxta eius maxime septentrionalia quæ uocantur Sabaria, & uersus meridiē Daros. Hic præterea uidere licet tergiuersatoris instantiā, nam quū hoc occurreret uocabulū τῆς ἐκτροπῆς pro quo solitus est ponere scissionem, sequereturq; paulo post participiū, χιλιεται, quo proprie scissionis passio significatur, uersus pelis iste pro nomine ἐκτροπῆς supposuit flexum, ne scissione duplici expressa, tota dictio sua cōfunderetur. quāuis ne hac quidem cautiuncula impunis euasit, sed alio uitio irretitus est q̄ uocabulum τῆς ἐκτροπῆς in flexum uertit, iniuriāq; nomini κάμπης intulit, sed quid tero diem in hisce rebus grāmaticis? quin aliud ad rem magis attinens discutiendū est facta prius altiuscula quadā repetitione. Itaq; a Cetio monte, duo amnes quos ipsi uidimus decurrunt, quorū alter quidem & borealior ab aecolis hodie uocatur Murius, seu Murus, alter uero australior Drauus, hic quippe a Ptolemæo Darus nuncupatur, ille autē Sauarias, hi amnes Ptolemæo referente ad Carrodunū pannonæ superioris ciuitatem coeuntes, unūq; ut assolet conficiūt fluxum qui hinc inferiorē quoq; Pannoniā permeans Danubio infundit, apud ciuitatē Teutoburgiū, in situ graduū 44 3/4. Quū ergo Ptolemæo describenda foret ea Danubij portio quæ a septentrionibus & ab exortu Pannoniā inferiorē alluit, hanc præsentē Danubij partē denotauit per diuertigium dicti amnis Danubio infusi, qui quidē ab eo diuertigio, quasi contra fluxū per duas Pannonias extensus in superiori apud Carrodunū scindi uidetur, in eos quos diximus duos amnes. At uerba Interpretis non partē Danubij describendī representant, sed totū quicquid id est quod scindit ad Carrodunū ciuitatem, hoc est totum fluuiū, quasi uero totus ille amnis sitū habeat in gradib. adnotatis 44 3/4 45 3/4. Neq; hactenus peccati finis qn insinuat scissionē fieri aduersus Cetium montē, iuxta eius maxime septentrionalia, quæ uocantur Sabaria, & uersus meridiem Daros, Quasi uero maxime septentrionalia Cetij montis uocent Sabaria, Mediana uero Daros. Pudet profecto diutius imorari tam turbulente hoīs ruditati, ne dicā barbariei, quanquā id quidā perperam dixisse uidebor plerisq; oibus, gēti nostræ Germanicæ inuidētibus, sed & infantīā exprobrantibus. Isti quæso animaduertant gentilem suū, media natū Italia, tam perplexe quā impie, ac si dicere licet parū latinocloquutū. definātq; posthac nostra mordere aut rōne nos coarguant, si modo hoīes uideri uolunt. Sed redeo ad

Danubiū, cuius partem ut diximus Pannoniæ inferiori allabentem Ptolemæus describit, per diuertigia animū ei coeuntū, & flexiones proprias, e quibus (tres autē sunt) unam quæ scilicet ad A cum incū ciuitatem est, Iacobus omisit defectu forsitan exemplaris uidimus enim ipsi quoque exemplaria græca eadem inflexione carentia. Illud uero quod in descriptione Illyridis cōmisit uenia indignū utiq; fuerit, siue similitudo nominū cæcutientem Interpretem seduxit, siue exemplum quoque mendo sum fuit.

ILLYRIS.

Verba Ptolemæi Illyridē ineuntis hæc sunt. Ἰλλυρίας πρὸς Ἰταλίαν ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῶν Δυοῖ παρνονίαις, καὶ τῶν ἐκπεδύλων ὄρων. Interpres Illyris terminatur a septentrionali plaga utraq; Pannonia iuxta montes expositos, scilicet p terminis montes suggessit, quadam noim ὄρων & ὄρη similitudine abductus. Nisi forsità in exemplari sic erat ἢ τὰ ἐκπεδύλων ὄρη, quod rite quis interpretaretur secundum expositos montes. At Illyris ipsa a duabus Pannonijs, non in totū montibus disternatur, sed cum superior tantūmodo cōmunes habet montes Albanos & Bebios, Bebijs utiq; in Pannonia superiori fere deficientibus, unde per lineam ad diuertigium Sauī porrectam, limes cōmunis Illyridi ac Pannoniæ inferiori accipitur. Minus autē mirum uidebitur Interpretem aberrasse in alienis prouincijs definiendis, si circa Italiam suam negligentia sua deprehendetur.

ITALIA.

Nam in ea definienda. A septentrione inquit terminatur Alpiū iugis quæ Rhætiæ iminent præterea Pœnis & Carusadio monte qui sub Norico est, quorum gradus dicti sunt præter hæc littore Adriatici sinusa Tiranem profluuiū Garganū montem & Hydruntū usq; A meridie littore Adriatici pelagi a Lanampo fluuiō usq; ad Illyricam metam. Italiæ latus orientale nullum exponit, sed septentrionale ad Hydruntē falso extēdit. nam ad Garganū montem solūmodo euadit. Maritima autē Adriatici a Gargano montē usq; Hydruntē est pro partē lateris orientalis, quando quidē Italia ab exortu definitur Illyride, ac maritima Adriatici a Gargano monte usq; ad Hydruntē. Sic duplicia latera in unū confundit Interpretes, nomine etiā lateris orientalis suppresso. Quod peccatū librario forsitan cæcutienti imputandū foret, si non primū exemplar latinum ab eo editū, hisce oculis uidissemus, ac præterea quotquot uidimus græcos Codices in eodem quoque loco deficere notassemus. Porro si ad grāmaticales licet descendere minutias, quis nō ridebit hominis ignauitā, nomina singētis haud quaquam legitima. Ciuitas quæ in Calabria est quæ a Ptolemæo quidem uocatur ὕδρουσ ab Interprete autem Hydra. Item in Apulis Daunijs

ὑπὸ ὄρεσ ab hoc nuncupatur Sipa. At quanto rectius dixisset Hydruns et Sipunus, ut genitiui casus deflecerentur Hydruntis & Sipunis, sicut apud Græcos ὑδροῦντ & σιπῶντ iuxta talem quippe formulā inuenimus Hiericuntem Trapeçuntē, quando & horū recti apud Græcos sunt ἱερικῶν & τραπεζῶν. Ad hæc ipse quoque in definitione Sicilię Insulæ dicit, Selenūtis fluuij ostia, rectius quidem quā apud Ptolemæum legamus σελωῶντος ὄσημα ἐκβολαί, ipse quidē fluuius nominaτ σελωῶν. pro quo iuxta Interpretis formulā poneretur utiq; Selena ac demū Selenæ fluuij ostia. Quod si huiusmodi terminatio recti nimis aspera uidebatur, cur non dixit Hydruntū, Sipunum, quemadmodum Tarentum, Agrigentū, quum similis prope sit omnī horū declinatio. Quid q; parī ignorantie, sed magis deridicula, uicinos etiam suos non Gallos Boios, sed Gallos boues appellauit? uerba enim eius sunt Gallorū Boum similiter. An quia bobus eos comparauit, an q; ubi Ptolemæus dixit, βοῶν γαλλῶν ὁμοίως, ipse cecutiens legit βοῶν γαλλῶν ὁμοίως. Quod quidem facilius crediderim, quādo & paulo inferius eodem luto hæsitasse uidetur. Vbi em̄ Author circūstita iam prope uniuersa Italia dicit νεσακτορ τέλη ἰταλίας. Interpretis uerba sunt. Nouissimus finis Italiæ. Ptolemæus quidem Nefactū ciuitatem uidelicet sinem Italiæ significauit non νεσακτορ τέλη ἰταλίας duobus reiectis elementis, sicut isti uisum est. Ne autē id peccatum in nos reflecti posse uideat, ut qui νεσακτορ pro νεστορ legerimus, testes nostræ emēdationis citabimus numeros his duobus locis a scriptos. Occidentalis namq; Illyridis terminus ad sinum Adriaticum, id est Orientalis Istriæ quā & Italiæ adscribit Ptolemæus habet gradus 36 2. 44 2. 3. Locus autē de quo in præsentia ambigū habet 36 2. 44 2. 3. 1. 2. est ergo locus ille citra initiū Illyridis in ipsa scilicet Istria & non nouissimus Italiæ finis. Neq; diffitemur numeros per totū opus Ptolemæi geographicum corruptioni plurimū esse obnoxios, idcirco enim partius eis utimur, siue confirmandū quicquā fuerit siue refellendum. Quod si paulo curiosius inspiciantē singuli, quos Interpretes edidit, ineffabilis pene discrepantia plurimos coarguet, quippe qui aliqua locorū expositorum ad alienas transferent prouincias, ne dicā gentes, quoniā hoc crebro accidit, nonnunquā uero mediterraneas urbes in alto sistent pelago. Itaq; in adnotatione numerorum uenia danda est ob procliuem peccandi occasionē, non sic in nominibus locorum, præsertim ad manum assistente monitore, qui quo minus peccetur urgere etiam possit.

SARDINIA.

Quis quæso id uenia dignū arbitrabitur quod apud Interpretem Orientale latus Sardinia Insulæ describentē hæc uerba sunt Carados

Q

ciuitas & iugū, adnotatisq; ut assolet numeris sequit Carallitanus sinus. Tanto stupore est ut Carallim insignē Sardunā ciuitatem nominare nefciat, sinu cognominē Carallitano propemodum urgente, quādo & ipse oēs pene praefert literas quibus Carallis constat. Non multo ignoscētius antea dixit, Socle portus quū Solci dicere debuit, Solcitanis Sardiniaē populis qui super hoc portu sunt cōmonefacientib. Curiosior autē fuit circa insulā Sardiniaē adiacentē, quā ab eo uocatur Molsibodes seu plumbea insula, a Ptolemāo uero *μολιβδάδες νήσοις*, sigidē *μόλιβδος* grāce plumbū significat, unde per legitimam formulā *μολιβδάδες* i. plumbeus aut plūbea non *μολιβδάδες* deriuatur. Nos autē his atq; alijs minutijs passim pteritis ad Sarmatas usq; trans

SARMA TIA. (ibimus.

Hic Interpres ipse iniquo saltu a fluuijs Sarmatiae Europae populos adorit in salutato mul- to aliter quā Ptolemāus his uerbis enarrat. *ὅδε ἔξιάνης ποταμοῦ καὶ ἀπὸς διαρροῦ πλῆν σαρματίου μικροῦ ὑπὲρ πλῆν Δακίαν μέχρι τῆς καρπίας ὄρη, κατέχει δὲ πλῆν Γερματίαν ἔθνη μέγιστα, οἳ τε οὐνεδέλαι παρῶλον δὲ οὐνεδέικον κόλπον ἢ ὑπὲρ πλῆν Δακίαν ποικίλοισι ἔβα σέξαι, καὶ παρῶλον πλῆν πολυράμ τῆς μαυτίδος ἰαζυγες.*

Interpres Axjaces uero inquit, fluuius Sarmatiā diuidit & paulū supra Daciā Pecinī & Bastarnā & per totā Maotim lazyges. Venedas populos Venedicū accolentes sinū praetermittit in totū, duobus & amplius uersibus, neglectis, quibus & grāca quādā carent exēplaria. Verum hoc non dixi excusandī erroris causa. Quis em̄ tam stupidus est ut nō deprehendat historiam intercisam esse: quū nec plena Axjaciū fluuij exposita habitudo, neq; incolarū pro more Ptolemāi iustū fiat exordiū. Sed quū in historia Ptolemāi bis sit ὑπὲρ πλῆν Δακίαν librarius osculo uago medijs pteritis uersibus, ex secundo concinnationē fecit. Tale exemplar truncū nactus est, ni fallor Interpres, nō tam sententia incumbens, quā fortuito ac fallaci uerborū filo ductus. Non minus impite inferius quoq; Reu- canalos & Exobygitas statuīt post Roxolanos i. ab exortu eorū, quū sint ad occasum inter Hamaxobios s. i. & Roxolanos. Et paulo post, et sub Idijs inquit, montibus Amadoci & Nauari, ubi Ptolemāus habet ἢ ὑπὲρ τὰ ἴδια ὄρη ἀμαδοκοί ἢ ναυαγοί. Ostēdat quāso homo iste monstrificus Idios montes in hac Sarmatia, & fatebitur eū acutiū Ptolemāo uidisse. O insulsum ac puerilē interpretē, imo uerius Lethargicū, qui nō meminit supius Amadocas montes esse expositos, sub quibus tanq; proprijs, aut cognominibus, Ptolemāo referente, Amadoci populi habitant. Iste uero bonus uir, montes ipsos proprio nomine Idios uocari autumat, hinc autem ad lazygas Metanastas transeamus, quos Interpres ad hunc modum definit,

IAZYGES.

Lazygēs inquit, Metanastae terminos habent a Septentrione parte Sarmatiae in Europa dicta ab austro cam partē quae est Sarmaticorum montiū usq; ad montē Carpatū, Ab occasu & meridie praefata Germania partē a Sarmaticis montibus ad Carpaten. s. Danubij fluuij usq; ad scissionē Tibisci amnis qui ad arcū fluit. Ne expectēs o Lector notationē nostram quae fieri posset circa Carpatū montē, aut scissionem Tibisci amnis, Danubio cocūtis, quāuis Carpaten aut Carpatem scdm terminationē oino latinā dicere debuit, sed hoc potius te rogamus, quid hoc sit a Sarmaticis inqt montib. ad Carpatū Danubij usq; scissionē Tibisci? Taces? Quod igit monstrū dictionis, hoc est? An ex industria his uerborū inuolucris Lectorem pendulū ludificari uoluit? an Ptolemēū non intellexit sic dicentē. *ἰαζυγες οἱ μετὰ τὴν ὄρη ἀπὸ μὲν ἀρκτῶν σαρματίας ὅτι ἐν ἐυρώπῃ τῶ ἐρκυλίω μέρει ἀπὸ τῆς νοτίης τῆς Γερμανικῶν ὄρειν πέρατ' ὥς τῆς καρπίας τῆς ὄρειν ἀπὸ δὲ Δύσεως καὶ μεσημβρίας τῶ τε ἐριμυλίου μέρει τῆς γερμανίας τῶ ἀπὸ τῆς Γερμανικῶν ὄρειν ἐπὶ πλῆν καρπίας τῆς Δαουβίης ἐπιπροφύω. καὶ τῶ ἐντεῦθεν μέρει τῆς Δαουβίης ποταμοῦ, τῶ μέχρι τῆς ἐκτροπῆς τῆς ποταμοῦ, ὅσις φέρεται πρὸς ἀρκτους.* Hoc est lazygēs

Metanastae terminant a septentrionibus dicta parte Sarmatiae Europae ab australi flexum Danubij iuxta Carpim & parte quae hinc est Danubij fluminis usq; diuertigium Tibisci amnis ad septentriones uergentis.

Hac nostra traductio perlecta facile quispia Interpretis nebulas discutiet. Nihil quippe est dicere ad Carpatē Danubij, Sed iuxta Carpim ciuitatē Pannoniae inferioris, Danubius ad meridiem flectit. Quem locū Ptolemāus in praesenti definitione significauit. Neq; tñ dissimulo me uidisse exēplaria per q; uetera, hoc in loco corrupta, quorū alia quidē habent ἐπὶ τῶν καρπίας τῶ Δαουβίης ποταμοῦ ἐπιπροφύω. alia autē ἐπὶ πλῆν καρπίας τῶ Δαουβίης ποταμοῦ, τῶ μέχρι ὅτι ἐκτροπῆς. &

DACIA. (reliqua.

Porro Daciae quoq; definitionē haud dissimili errore cōtaminat: A meridie inquit Danubiū usq; a scissione Tibisci fluuij usq; ad Axia ciuitatē, ubi Ptolemāus. ἀπὸ δὲ μεσημβρίας μέρει τῆς Δαουβίης ποταμοῦ τῶ ἀπὸ ὅτι ἐκτροπῆς τῆς τῆς ποταμοῦ μέρει ἄξιπολεις. Hoc est A meridie autē parte Danubij fluminis a diuertigio Tibisci amnis usq; ad Axia ciuitatē. At luterpres corrupto exēplari nixus, usq; Danubiū dicit, pro parte Danubij, erat enim in exemplari μέρει, id est usq; pro μέρος, hoc est parte. Ac ipsi quidem uidimus in plerisque hanc mendā. Corruptum deinde nomen Alutae fluuij quē uocat Alutaiū, articulū. s. nomini proprio amnis in scite cōnectens. Est em̄ in grāco ἄλδα τῶ ποταμοῦ.

MYSIA.

Simili errore detineatur in enarratione populorum Mysiae inferiori adscriptorū. Litora autē inquit, ab ostio Istri maxime septentrionali, usque ad ostia Borysthenis fluuii & interiorē regionē usque ad Hierassum amnē incolā Alpī quidem sub Tyragontas Hormatas. Nam quid nominis hoc est? Constat autē Arpīos illos esse sitos sub Sarmatis qui Tyrangitae appellantur. Itaque dicendum erat sub Tyrangitis Sarmatis. Neque graeca omnia exemplaria ab hoc uicio sunt aliena, uidi equidē in quibusdam ὑπὸ τοῦ τυραγόντα ὠρημάτα. Adeo obnoxia est deprauationi haec geographica disciplina, ut non modo ignotae gentes suis fraudentur nominibus, uerū etiam Aegcum pelagus celebratissimū, haud debito appellei cognomen. In definitione enim Thraciae Interpres haec

THRACIA. (profert.

A meridie inquit parte Macedoniae a praefato scilicet sine usque ad Nessi fluuii ostia per Pancaum pelagus. Nam ubi quaeso bone uir est hoc Pancaum pelagus, nisi forte ostendere uelis in exemplari corrupto διὰ τοῦ παρακάλου πελάγους, quem locū uiciatum & ipse in quibusdam uidi. At tu nō prius fidere exemplari, neque interpretationē adgredi debebas, quā singula quomodo constarent diligentissime explorasses. Quod autē in descriptione Chersonesi commisisi, librario graeco haudquaquam imputare

CHERSONESUS. (poteris.

Vbi enim Ptolemæus dicit καὶ τὸ ἐχόμενον ἔσπερον, hoc est & adhærens promontoriū, tu scripsisti. & Echomeniū promontoriū, quasi uero Echomeniū sit propriū nomen huius promon-

MACEDONIA. (corij.

Rursum in descriptione Macedoniae Axium fluuiū a Tesardo monte deducit, qui nusquam sed Scardus est, in consui Dalmatiae & Mysiae superioris Macedoniae, unde deriuatur amnis ille. Aliaem praterea fluuius ab eo perperā nominatur Alicmon. Sic & Dessaretios appellat populos, qui deparentij dicuntur.

ACHAIA.

In Achaia non exponit Helicon montē musis sacrum, neque Hymetū montem, sequutus ut arbitror defectū exemplaris, qualem & nos in quibusdā graecis deprehendimus. & quod multo sceditus est Amphissam ciuitatē Locrorum Ocolori non habet, nec Throniū Locrorum Epicnemidum. Sed Pythiam, Delphos, Daulidem, reliquasque Phocidis mediterraneas, in Locris Ocolis statuit, quemadmodum & in graeco quodam uetusto ipsi uidimus.

E.VBOEA.

Deinde promontoriū Eubaeae quod nuncupatur Leon ab eo dicitur Leonacra quamuis in graeco sit λέων ἄκρα distinctis accentibus. In insula Thera est ciuitas Oea quae ab ipso dicitur Cea

oēa, cōnexis uerum diuersis partibus orationis καὶ οἷα. Et quū ad has descendimus minutias, id quoque indicandū est, quod tria nomina ciuitatū Sirphni insulae, in unum exire fecit, quū apud Ptolemæum genitiui exponantur casibus σερπίφου φισλοκάνδρου σικίνου. pro quibus Interpres dicit Seriphum Philocandrum Sicinum nulla ratione id postulante.

PELOPONESVS.

In Peloponeso Elis ab eo uocatur, & prouincia, & ciuitas, quū prouincia potius Elia dicatur, et ciuitas eius Elis. & in sinu Saronico dicit, post hanc Chersonesus, scilicet nomen Chersonesi, quod est μεθών in praepositionem μετὰ & pronomen ἢ in scitae resoluēs quasi Ptolemæus dixerit μεθῆρ ἢ χερσονήσῳ, qui tamē non solet in serie locorū interponere significationem ordinis, nisi regio aut tractus mutetur.

CRETA.

Rectius deinde in Creta dixit Leon promontorium quā in Achaia iunctis nominibus Leonacra. Sed ubi apud plerosque uetustos est ἱεράς πετρα uno accentu, hoc est Ierapetra, hic noster diuissim posuit. Hiera Pytna. Contra uero ubi est ἱτανὸς πόλις apud Ptolemæum ab eo scribitur Itanospolis. Sic & inferius quū sit Cifanius ciuitas, ipse fecit Cifamus oppidum, hoc autem tolerabilius est, quam ciuitates quasdam omnino reticere. Gnotus enim illa clarissima, & Lyctus apud eum non apparent. Haecenus Europam percurrimus, non quidem singula quaeque minuta notantes, sed passim quodammodo si quid ineptum uidebatur indicantes. Nunc uero ad Libyae transimus initium, Mauritaniam nempe Tingitanam.

MAVRITANIA TINGITANA.

In huius definitione haec legunt uerba Interpretis Mauritaniae Tingitanae latus quod occasum spectat terminatur usque exterius mare quē oceanum occidentalem uocamus. Oceano quoda freto incipit herculeo usque montem maioris Atlantidis iuxta descriptionem hanc. Quod quidem Tingitanam uocat quia rectius Tingitana dicitur, secundū formam legitimā, id parum fuerit, Quod autē praepositionē usque pro ablatiuo casu parte posuit, hoc profecto sententiā interturbat historiae, ac interpretis damnosam securitatem indicat, quippe qui non animaduertit in graeco exemplari mendoso μέγιστον scriptum esse pro μέγιστον, quemadmodum in alijs quoque locis ostensum est. Itaque ubi dicit Iacobus terminatur usque exterius mare dicens dumerat terminatur parte externi maris &c. in graeco enim esse debuit μέγιστον ἐκ τῆς θαλάσσης. In enumeratione autē gentium praetermisit Maecanitas, Verues, Volos, Bilianos, Eangancanos, atque Necriberes montes autē Tingitane adgressus haec profert, Et Phocia inquit, mons extensus a minori Atlante ad Rysadirum pro-

in montoriū, quod est in littore. Et Durdus quorū occidentalia gradus habent 10.29 $\frac{1}{2}$. & 15.29 $\frac{1}{2}$. Ryssadirū non est promontoriū ut iste autumat, sed situm inter duo promontoria, Sestiarum & Metagonitem, ad hanc Ryssadirū est ad littus maris interni, quo scilicet Phocra mons nequaquā extenditur, sed ad Vssadiū promontoriū extenditur, quod spectat Oceanū Atlanticū. Subdit & Durdus mons, quasi uero Durdus sit in Tingitana totus, quū ne tertia quidem pars eius plene sit in ea, Ptolemæo dicente $\kappa\alpha\iota \tau\alpha \lambda\omicron\iota\pi\acute{\alpha}$. Iste autem dixit quorū inquit occidentalia gradus sunt & c. Incertū est ad quid referat pronomen quorum, nam si ad ambos montes Phocram & Durdum, errat, quum Phocra mons iam sit definitus, ad Atlantē minorem & Vssadiū promontoriū. Si uero ad occidentalia Durdi, quāuis uerba id non præferant, cur quæso adscribit duos numeros? quorū posterior ad orientalia Durdi attingit, quæ admodū in sequenti Mauritania Cæsariensi aperietur. Porro & montē Diur appellat Diorū contra oēm rōnē.

MAURITANIA CÆSARIENSIS.

Hanc ingrediētes Sigam fluuiū a Ptolemæo designatū non offendimus in translatione Iacobi. Quin & ciuitas quæ uocatur Iulia Cæsarea ab eo inscribitur Iol Cæsarea, quemadmodum in primo etiam libro, capite quīnto decimo, & in octauo scilicet in prima tabula Libyæ, quū in fine huius Mauritaniæ Cæsariensis ab eo ipso nuncupetur Iulia Cæsarea, sicut & in insula ei adiacens. Quā nomenclaturæ inconstantia in græcis æque deprehendimus, adeo nemo fere est qui mendosa excubare curet exemplaria. Hoc autem parum est præ eo, quod in montibus huius Cæsariensis deprehenditur. Nam Garam & Valuam, & Buçaram, montes haud in celebres omnino præmittit Iacobus. Enabafos demū populos qui supra Cinnabā montem sunt, statuit ipse sub eo monte, atque idcirco ad Libyanū usque internam detrudit, tametsi mons ille in confini Cæsariensis & Libyæ internæ situs sit. Rursum quū Toduca populū iuxta fontes Ampfagæ fluuij degant, eos iste uocat Todos, de quibus bushac incomposita profert uerba, Post inquit Todi & apud fontes Ampfagæ fluuij, in græco quidem sano erat τοδοῦκου cuius nominis postremā syllabam pro coniunctione $\kappa\alpha\iota$ accepit. Contra uero in Catalogo ciuitatū ubi Ptolemæus habet οὐίλλα κόμη iste coniunctis nominibus unum facit uillacoma. Et paulo ante finem catalogi ciuitatum Africæ dicit, Neapolis quæ & Leptis media. Quū autem Lepis parua antehac sit exposita, ostendat quæso reliquam extremam, si non monstra aut mendacia fingit. Deinde gentes enumerans. Tenent autem inquit occidentalia Africæ usque ad mare Cirrensi Cannabathæ, ubi Ptolemæus $\kappa\iota\tau\eta\sigma\iota\sigma\iota\varsigma \kappa\alpha\iota$

$\kappa\alpha\iota \tau\eta\sigma\iota\sigma\iota\varsigma$. Interpres autem ex coniunctione $\kappa\alpha\iota$ & nomine populorum $\kappa\alpha\iota \tau\eta\sigma\iota\sigma\iota\varsigma$ unum fecit nomen $\kappa\alpha\iota \tau\eta\sigma\iota\sigma\iota\varsigma$. Sed missas faciamus huiusmodi minutias, definitiōem Cyrenaicæ quam Iacobus Interpretatur audituri.

CYRENAICA.

» Cyrenaica inquit prouincia limites habet
 » ab occasu Syrtim magnam & Afros iuxta
 » lineam quæ a Phileniariis uersus meridiem
 » pertinet usque finem cuius gradus 46 $\frac{1}{2}$ 47. Hunc eundem numerum uidere licet superius Phileniariis adscriptum quare si numeris fidentum est, Cyrenaicæ latus occidentale, quod reuera quatuor gradus per latitudinē complectitur, non excedet dimidiū gradum, & id quidem in eodem parallelo, quando numerus latitudinis utrobique idem est, Septentrionale latus autē producit a secessu Syrtis magnæ, usque Dardanidē ciuitatem, Dardanidē quidem uocat, quæ in libro quodā uetusto ac tabulis exactissimis legitur $\delta\alpha\rho\upsilon\iota\varsigma$, hoc est Darnis duabus syllabis, Apud eum quoque in descriptiōe maritimæ Darnis sed post Zephyrium promontoriū, nec tamen ideo abstinet ab incongrua declinatione, quā secundo dein uersū Dardanidē uocat,
 » Ab ortu inquit, Solis fines habet Marmaris
 » cæ partē iuxta extensam lineam a Dardanidē
 » de uersus Austrum, Puerilis nimium est hæc traducendæ securitas, imo potius inconstantia. Nec tamen statutum est omnes introspicere angulos, quanquā nescio quid nominis offenditur in tertio uersu numerorum, Hyphaloe oris nus, id est maritimæ stationes. Item in tertio post hunc Heraclea, scilicet tanquā ciuitas quum in græco sit $\eta\epsilon\rho\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon\varsigma \pi\omega\rho\gamma\alpha\sigma$, id est Herculisturris. Iam uero montes exponens hæc uerba profert, habet autem inquit prouincia montes Herculis Cænas appellatos. Ptolemæus uero $\epsilon\chi\epsilon\iota \delta\epsilon \eta \epsilon\pi\alpha\rho\chi\iota\alpha \delta\epsilon\eta \tau\epsilon \tau\alpha \kappa\alpha\lambda\omicron\upsilon\mu\epsilon\upsilon\alpha \eta\epsilon\rho\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon\varsigma \delta\iota\upsilon\alpha\varsigma$. Quū autem $\eta \delta\iota\upsilon\alpha \kappa\alpha\iota \delta\iota\upsilon\alpha$ ac etiam $\theta\omicron\iota\upsilon\alpha$ conuiuium significat uel cænam & $\delta\iota\epsilon$ aut $\delta\iota\upsilon\rho$ $\delta\iota\upsilon\omega\varsigma$ harenæ cumulum, cur quæso potius dixit Herculis Cænas, quam Herculis harenas? An quia Hercules poma Hesperidum hortis ablata, in illis montibus cænitasse somniavit. An quia magis decet uirosum fortium monumenta a uoluptatum materia, quam luctationum instrumentis aut locis denominari? Ad hæc cur in descriptiōne Marmaricæ & Aegypti, montem qui uocatur $\delta\iota\upsilon\omega\delta\epsilon\varsigma \delta\epsilon\eta$ non uocauit Cænatium montem, sed Harenosum potius, quum ille quoque ab eodem uocabulo uariæ significationis cognomentum accipiat. Reliquos autem montes Velpos & Becolicum ac paludes maritimos, & eum quia Lachone diueris fluuiis in totū silet.

MARMARICA.

In Marmarica post ora Nili dicit Geronium, ubi græcum est $\gamma\epsilon\gamma\epsilon\rho\upsilon \delta\omicron\rho\iota\upsilon\alpha$, ac mox deinde Eregina Strobonidis palus, quod uere mai

strum uidetur ni quispiam Aedipodis acumen habeat ut ænigmata soluat. Ptolemæum equidem intelligo dicentem ἐρηγία σιρβωνίδος λίμνη, hoc est eruptio Sirbonidis paludis. Sic inferius quoque in enarratione populorum ac particularium locorum Marmaricæ, græca dimittit intacta, præterquam quod elementis latinis ea figurat, apud eum namque est Diammos, & Abrochos regio, hoc tamen tolerabilius paulo est quàm quod de Sirbonide palude dixit, quanquam ne hic quidem proprietas eius regionis latino lectori explicetur, ad quod maxime inspicere debet Geographus. Itaque a Ptolemæo uocatur διάμμος ἢ ἀβροχος χώρα, hoc est Harenosa & sicca regio. Qua breui appellauit de multa eius regionis perfino insinuat. Ad quod respexisse uidetur Interpres in præfectura Libyæ ubi dicit Carabathos paruus uel profunditas, sed loca Ptolemæo aberrat nullam profunditatis significacionem præferente quando dicit κατὰ βάθος, μικρός, hoc est si quomocumque latine dicer uolumus Descensus paruus.

NILVS.

Postea in descriptioe Nili fluij hæc profert.
 „ Iuxta autem inquit magnū Delta educitur ab
 „ Agatho Damone fluuius ad Septentrionem
 „ prior qui uocat Phermutiacus fluuius qui
 „ fluit per ostium Sebennyticum eiusque dedu
 „ ctio gradus habet 61. 2. 30. 4. Deinde secun
 „ dus amnis Taly nomine qui exit per ostium
 „ Bolbitinū, & ipsius Taly deductio gradus
 „ habet 61. 30. 2. 3. unde ambo flumina iuxta
 „ ferme eundem littoris parallelū iungunt Pher
 „ mutiacū & Athribiticū & Busiricū & Bubastiticū amnes, Quænam obsecro sunt illa ambo
 flumina quæ a deductione Taly fluij iungunt
 quatuor dicta flumina Phermutiacū scilicet, &
 Athribiticū & reliqua? Non quidem duo præ
 dicta, scilicet Phermuthiacū & Taly, quæ ea esse
 fluunt in mare Aegyptiacum per sua ostia, Ptole
 mæus autem nominat alterū sic dicens ὁ δὲ ὅτι βουστι
 κός ποταμός καὶ ὁ ἐφεξῆς καὶ ἡ ἀλλήλοισι πῶς πῆ ἡ
 λίω δέσσει ἐπιθύνουσι τόντε φερμουθιακόν καὶ ἀθρι
 βιτικόν ἢ βουστικόν καὶ βουβαστικόν, hoc est un
 „ de & Buticum flumen, & quod deinde est
 „ per æqui distantem quodammodo maritimam
 „ posituræ coniungunt Phermutiacum, &
 „ Athribiticū, ac Busiricum, atque Bubastiticū.
 Nonnulla autem exemplaria pro Butico flumine
 habent Bubastiticū quo errore adductus iste, ne
 Bubasticum a Bono Damone fluente, iuxta
 Taly flumen deriuari, ac reliqua flumina & se
 ipsum coniungere affirmaret, obtulit nomen,
 & dixit ambo flumina, adeo imperite ac subdo
 le, ut si quis fidem ei habeat, suspicari possit Pto
 lemæum Nili accolam non satis explorasse Nili
 habitudinem. Quod si ita esset longeminus
 cum alia flumina & loca quæcumque ab Alexan
 dria plus remota potuisse describere. Si falsa

est hæc nostra de Interpretis suspicio, prodeat
 quisquis eum defensus, ac dicat quæ sint illa
 ambo flumina? aut quod inferius apparet cur
 Tanam ciuitatem in Zoitide præfectura, aut
 Nomo posuerit, quum sit in ea quæ appellatur
 Phthegmati, cur item Sebennytum, in Mend
 sia statuit præfectura, quum sit in Sebennytide
 de, cui & appellationem dicta indidit ciuitas.
 Quumque in Leontopolitide sit λεοντοπόλις qui
 non dixit Leonum ciuitas, sicut superius uiro
 rum ciuitas, sed Leonton eam nominauit. Et in
 his quidem dictio ipsa nullam habet culpam.
 Quæ uero inferius leguntur authoris uerba am
 biguitatem imperito suggerere possunt. τὰ δὲ
 μεσομικρῶτά τε τοῦ μεγάλου δέλτα καὶ πῆς κατώ
 „ χώρας, καλεῖται ἐπὶ πάντοι, hoc est, Quæ autem
 „ magno Delta ac inferiori regione australio
 „ ra sunt, uocantur Heptanomi, Iacobus uer
 „ ro ita uertit Australiora autem inquit magni
 „ Delta & inferioris regionis Heptanomi di
 „ cuntur. Quasi uero hi Heptanomi sint pars
 magni Delta, qui tamen sint extra ipsum, ad me
 ridiem uersi. Inferius denique hæc eius sunt uer
 ba. Conueniunt autem inquit, fluuij, qui insula
 lam faciunt iuxta situm 62. 28. 34. Interiectis
 que paucis. Postea inquit similiter Nonius Cy
 nopolites & Metropolis ab occasu fluij uilla
 Cynopolita 61. 2. 28. 3. Cui opponitur Insu
 la Cynos uel Canis ciuitas 62. 6. 28. 3. Quo
 modo quæso hæc Canis ciuitas est in insula Ni
 li, quæ sit australior initio insulæ? An fortasse
 Nilus ad meridiem refluat? Antabulæ Græco
 rum damnandæ sunt, in quibus Canum ciuitas
 ab exortu Nili extra in sulam sita cernitur? Quid
 quod dicit Lycon ciuitas? & non luporum ci
 uitas, sicut canum ciuitas, quum inferius dicat
 Panton, hoc est omnium ciuitas, & quidem er
 ronce. Nam in græco non est πάντων πόλις, sed
 πανῶν πόλις, hoc est Panum ciuitas. Ipse etiam
 Nonius non Pantopolites, ab eo dicitur, sed Pa
 nopolites quo cognomento nimirum excitari
 debuit, ut Panum, non Panton ciuitatem uoca
 ret. Quumque pene in omnibus græcis sit καινή
 πόλις, id est Noua ciuitas, hæc ab eo uocatur
 Cena, uel Vacua ciuitas. Ne autem minutius hu
 iusmodi grammaticis iusto diutius detinea
 mur ad Libyam internam transeamus, in cuius
 definitione hæc Interpretis uerba leguntur.

LIBYA INTERIOR.

„ A meridie inquit interiori Aethiopia, in
 „ qua Agisymba est regio, iuxta lineam quæ
 „ a prædicto fine usque litem Hesperium
 „ magnum sinum nuncupatum interioris pe
 „ lagi protenditur. Ptolemæus quidem, latus
 meridianum Libyæ internæ, terminat, ad seces
 sum sinus Hesperij externi maris, iste uero nul
 lam secessus mentionem facit. Deinde sinum
 ipsum interioris pelagi esse significat, quod om
 nino a ueritate abest. In hac Libya mons est

Mandrus non isme, quem Iacobus in scite vocat
 Temandrū, adnexa scilicet cōiunctione græca
 π sicut alias solet facere. In græco enim est σ, π
 $\mu\acute{\alpha}\nu\delta\rho\omicron\upsilon\pi$ ὄφθ. Stachir autē amnis ab eo nuncu-
 patur Stachirus, quanquā superius exposuerit
 Stachiris fluuij ostia & quē in Afrīca uocauit
 Cinyphum fluuiū hic ab eo nuncupat Cinyps,
 qui quū duo habeat principia, iste adunationē
 eorum silentio p̄terit. Sed hoc potius cōmemo-
 randum non sine admiratione, q̄ Gir fluuius
 maximus in duobus mōtibus Vargala, ac Ga-
 ramantica ualle, principia habens. incertum est
 in quod mare excurrat nusquā utiq̄ descriptis
 hostijs eius, & hoc etiā admirabilius q̄ Chelo-
 nides paludes eundē alumno suo fluuiū augēt,
 Nec minus ambigif de Nigirē fluuiū princi-
 pia habente in Mandro & Thala montibus, in
 quē affluunt a septentrionibus duo alij amnes
 ab exortu alius ex Lybia palude, ac item alius
 a meridie, & tamen non liquet ubi erumpat tan-
 „ ta aqua totq̄ collecta seculis: lam uero popu-
 „ los Libyæ enumerans interpret. Et Manas
 „ cum inquit, qui sub ipso Thala monte sunt
 „ & Nuborū qui tenent occidentalīa uallis ip-
 „ sius mōtis. Quis queso ex his uerbis Iacobi nō
 „ putabit Nubas, quas ipse Nubos uocat, regere
 „ ad occasum uallis ipsius montis Thale? Quim
 „ & paulo ante finē catalogi populorum hęc sint
 „ eius uerba. Inter autē inquit, Libyæ paludem
 „ & Thala montē sunt Alitambi, & Manrali,
 „ & inter has & Nubos Armīæ, & Thale, ac
 „ Dolopes & Astracuti usq̄ uallem montis,
 „ ubi nemo aliā uallem intelliget quā Thale mō-
 „ tis, At illa est uallis garamantica, uidelicet supe-
 „ rius inter montes enumerata, non uallis cuius-
 „ cunque montis. Hinc miselli quidā pictores po-
 „ tius quā Geographi interpretē sequuti, Nubas
 „ & Armias Libyæ populos Thala monte occi-
 „ dentaliores statuunt ceteraq̄ multa ob ignora-
 „ tionem unius nominis perperam confundunt.
 „ Deinde a catalogo ciuitatum Iacobus sub Nigi-
 „ ra inquit fluuiū Nigira metropolis est. Nō sub
 „ Nigire Nigira metropolis est, sed sub gira flu-
 „ uio, Gira metropolis est.

AETHIOPIA SVB AEGYPTO.

Aethiopiā quę sub Aegypto est iā ingressus
 non habet Aram cupidinis promontorium. Et
 quę in primo libro uocabat ab eo Ptolemais
 Thebarū, hic Ptolemais theron id est uenatio-
 num nuncupatur, Quę Ptolemais ferarum ap-
 pellanda fuit. In expositione montium hęc ha-
 bet Iacobus. Montes autem inquit nominantē
 in regione ab occasu Nili prodeuntes per totū
 Nilum Garbata mons, cuius mediū. 69. 6. Itaq̄
 iuxta historiam interpretis Garbatas mons est
 ab occasu Nili, qui tñ reuera est ab exortu Nili
 fluuij numeris id etiā confirmantibus Rursum
 in catalogo populorū indicatis populis Aduli-
 cis & Aualicis sinus cognomines accolētibus,

itemq̄ Mosylis hęc profert. Quod inquit, dein-
 de sequitur littus omme barbaricū est, Açama
 autem in secundo est sinu. Quis obsecro est ille
 secūdus sinus? vnicum profecto sinum Ptole-
 mæus exponit Barbaricum usq̄ Raptum pro-
 mōtorū, maritimamq̄ & adiacentē uocat Bar-
 bariam, qua demū Barbaria, interiorē, hoc est a
 mari remotiorē statuit Açaniā Elephantorum
 genitricem quod ita esse hęc Ptolemæi uerba
 docebunt ἡδ' ἐν τεύθει μέρει τῆς ῥάπτης ἀκρωτηρία πᾶσα
 βαρβαρία μὲν ἢ πρὸς ἄλιος ἀλάνια δὲ, ἢ ἐν δ' οὐτέρω, hoc est.
 Quę autē hinc est usq̄ Raptum promontori-
 „ um maritima quidē omnis uocatur Barbā-
 „ ria quę uero interior est Açania. Nimiū
 „ secure interpretes securus est exemplar mendo-
 „ sum in quo erat ἐν δευτέρω pro ἐνδ' οὐτέρω.
 „ Quem librarij græci errorem ipse quoq̄ depre-
 „ hendi in quodam exemplari:

AETHIOPIA interior.

Postremo ne interna quidē Aethiopia ab huius
 hominis peccato imūnis esse potuit, nam in ex-
 positione lateris eius septentrionalis ad uerbū
 „ ita dicit. Hęc inquit terminatur a septentri-
 „ one lineis expositis meridionalibus dicit autē
 „ regionum quę scilicet a magno sinu interio-
 „ ris maris usque ad Raptum educuntur pro-
 „ montorium quod gradus habet 73. 3. austra-
 „ lis. 83. tñ præterea parte Oceani Hydatici
 „ iuxta magnum sinum, ubi nam quæso est iste
 „ oceanus Hydaticus? An tantum sibi tribuit Ia-
 „ cobus ut Oceanum alias occidentalem appel-
 „ latū, etiā nouo nomine appellare liceat? An qd
 „ in exēplari mendoso legit μέρει τῆς ὑδατικῆς ὠκεανῶς
 „ quod equidem libentius crediderim, qñ & mi-
 „ hi quoq̄ ex multis unum hoc in loco corruptū
 „ in manus exemplar incidit.

ASIA.

In descriptione eius regionis quę pprie Asia
 uocatur ciuitas quę a Ptolemæo uocat $\omega\lambda\alpha\upsilon\alpha$
 $\sigma\kappa\eta\phi\iota\epsilon$ ab Interprete dicit cōiunctis nomini-
 bus Palæsepsis, quę potius appellari debuit
 uetus Scepsis, ut ab alia eiusdem nominis ciuita-
 te distingueretur. Deinde postremā descriptio-
 nis maritimæ corrupto nomine Gonum uocat,
 quę secundū Ptolemæū Caunus nuncupatur,
 cuius numeris adnotatis mox hęc interpretis
 uerba legunt, quibus orientale latus Asiae des-
 „ scribere conatur. Ab oriente inquit Lyciæ, a
 „ Metacauno sine usq̄ ad Epechontem fluuiū
 „ um. 59. 2. 37. 2. 3. a quo & a meridie termina-
 „ tur per Lyciam iuxta Milyadē ciuitatemq̄
 „ usq̄ sinem cuius gradus 61. 37. 2. 3. Et Pam-
 „ phylia per lineā a sine predicto usq̄ Epech-
 „ ontem amnem. Hic opus est Oedipode qui no-
 „ bis edisserat quisnam sit ille Metacannus sinis
 „ aut ubi nam inueniamus Epechontem fluuiū,
 „ quidque sibi uelint duplices numeris eidem
 „ ascripti. Si em̄ Ostia fluuij denotant, hęc ostia
 „ profecto supra totam Lyciam, scilicet in conti-

nenti sunt. Nam scōtes esse nemo fatebitur, nisi
 quam ostijs apparentibus. Sed quid opus esse
 Oedipode dixi? Auctor ipse Ptolomeus Inter
 pretem ridiculum coarguet his uerbis. ἀπὸ δὲ ἀ-
 κατολῶν, λυκία τε ἀπὸ τοῦ μετὰ καῦνον πέρατος μέρ-
 ος τοῦ ἐπέχοντος μοίρας ν δ' ζ. λ ζ γ ἀφ' οὗ καὶ ἀπὸ
 μισσημβρίας ὀρίζεται τῆ λυκία καὶ μιλιάδα πόλιν μέ-
 ος πέρατος οὐδέ τις ξ α λ ζ γ. καὶ παμφυλία καὶ
 πλὴν ἀπὸ τοῦ εἰρημίου πέρατος γασμίου ἕως τοῦ ἐπέ-
 χοντος μοίρας ξ α γ. λ η ζ β. ubi itaque dicen-
 dum erat a termino post Caunum, iste scripsit a
 metacauno sine præpositione μετὰ, cum nomi-
 ne καῦνον connexis. Et rursus ex participio ἐπέ-
 χοντος fecit nomen fluuij, magna ac intolerabi-
 li culpa sua, quanquam ipse quoque exemplar
 quoddam uiderim eo in loco uiciatum. Iam ue-
 ro in catalogo Ciuitatum exponit Apolloniā
 penes Labanum, & Heracleā iuxta olbam, ubi
 non iniuria dubitandum quidnam per Labanū
 & Olbam significet, quum in situ earum ciuita-
 tum per numeros inuestigato, necmons aliter u-
 tro talium nominum apparet, neque fluuius.
 Post hæc autem monstra, in catalogo ciuitatū
 Gazanam statuit in meonia, scilicet in confini-
 bus Mysiæ & Lydiæ ac Phrygiæ, titulo id osten-
 dente, & tamen omnes dictæ ciuitates sunt in
 Phrygiā magna, cuius inscriptionem una cum
 nominibus duarum ciuitatum quæ uocantur
 Cadi & Sinnaus, Interpret ille cæcuius præter-
 misit. In catalogo insularū est quæ uocatur Asty-
 palea patria Phalaridis Tyranni dicente Ptole-
 maο ἀστυπαλαίας ἢ πόλις hoc est Astypaleæ ciui-
 tas, Interpret aut dixit Asty antiqua & ciuitas,
 scilicet nomē insulæ dissoluens ἀστυ & παλαιά pro
 articuloque ἢ coniunctiōem copulatiuam sug-
 gerens. Tale monstrum fecit rursus in nomi-
 ne insulæ Co, dixit enim Coa ciuitas ubi Ptole-
 maus habet καὶ ἢ πόλις uolens repræsentare Co
 insule ciuitatem. Hic autem omisit Synam insu-
 lam, ac inscriptiōnē Rhodiensis pelagi & Car-
 pathij. Quo sit ut Cæsus insula & Carpathus
 atque Rhodus putent esse in Myrtoo pelago,
 quando quidē titulus pelagi insulas cōplecten-
 tis nō est mutatus. Deinde pro Chelidonij sco-
 pulis qui Lyciæ adjacent, apud eū legitur Che-
 lidonia insula quum sint quinque numero.
 Crambusam uero insulam Pamphylie adiacen-
 tem in totum prætermittit.

CAPADOCIA.

In expositione lateris orientalis Capadociæ
 hæc pferit interpret. Postea inquit linea quæ p-
 „ ducit iuxta montes Moschorū usque finem
 „ cuius gradus. 72. 3. 42. 24. & linea quæ inde
 „ iungit finem prædictum. Hoc ergo lauis ori-
 „ entale intra Colchidem produceretur. Nam Pha-
 „ sis ciuitas Colchidis habet hos eosdem fere nu-
 „ meros fini dicto ascriptos quare linea quæ ut
 „ ipse dicit iungit finem prædictum, introrsum

nescio quo porrigeretur, sic enim & pendula est
 Interpretis dictio ut non sit percipere cum quo
 coniungat finem prædictum. Deinde ubi Ar-
 ggi montis terminos exposuit mox subdit, un-
 „ de fluuius magnus appellatus fluens. Eu-
 „ phrati imiscetur iuxta gradus &c. Verum
 fluuius ille μέλας hoc est niger fluuius appella-
 tur, unde & Melicena pars Armeniæ parua di-
 cta esse uideri potest. Iacobus autem pro μέλας
 legit μέγας. Deinde non apparent in traductio-
 ne Iacobi duæ postremæ Ciuitates Capadociæ
 & præturæ Tyanidis quæ nuncupantur Baçis
 & Stala.

CILICIA.

In Ciliciæ descriptione Claudunt Manicæ
 pylæ uel portæ, ut interpret appellat, quam ta-
 men superius in expositione lateris Ciliciæ ori-
 entalis usque Amanicas dixerit pylas, adeo in
 circumspēctus est homo iste ut omnino non cu-
 ret constanciam traductiōnis suæ, sed solū mo-
 do exemplari quantumcumque mendofo in-
 hiat, quum longe alia opus sit diligentia si quis
 idonee geographiam traducere uelit.

SARMATIA ASIATICA.

Iam in Sarmatia Asiatica querat aliquis Pfach
 in fluuium, ac Gerusam ciuitatem, quæ inter
 eum fluuium & Atticitem fluuium est. Nam
 quod in definitione huius prouinciæ Tanaim
 bisponit, notare supersedimus, quanquam in
 proprio eius exemplari hoc peccatum animad-
 uertimus. Et ipso inquit Tanai fluuius usque
 eius ostia ad Maotim paludem, & ab his orien-
 tali parte Tanais usque Cimeriū Bosphorū.
 Dicendum enim fuit & orientali parte Maoui-
 dis paludis, a Tanai usque Cimerium Bospho-
 rum. In expositione autem lateris meridiāni hæc
 „ ab eo proferuntur. A meridie inquit, termi-
 „ natur deinde parte euxini ponti usque Co-
 „ racem fluuium per littus & hinc linea Colch-
 „ idis & Iberiæ & Albanæ usque latus Hyr-
 „ cani maris. Quid quaeso est quod ait per littus?
 Quis enim crederet Sarmatiam cōtinentem ul-
 tra littus etiā Euxini ponti euadere? non sic nu-
 gatur Ptolemæus dicens, ἀπὸ δὲ μισσημβρίας τῶ ἐν-
 τεῦθεν μέρος τοῦ εὐξείνου πόντου μέχρι κόρατος ποτα-
 μὸς καὶ ὅτι ἐντεῦθεν πρὸς ἀλλήλων γασμίου κολχίδος ἰσθμίου
 ας καὶ ἑλβανίας μέχρι τῆς ὑψηλίας ὅτι ἐν καππίας δα-
 λάσσης πλῆρες. Hoc est a meridie autem parte
 quæ hinc est Euxini ponti usque Coracem flu-
 „ uium & ab hinc æquidistanti linea Colchi-
 „ dis & Iberiæ ac Albanæ usque ad latus Hyr-
 „ cani maris quod & Caspium dicitur. At Cē-
 „ cutiens Interpret pro παραλλήλων, nisi fallor
 accepit πρὸς ἀλλήλων, aut sequutus est errorē alicuius
 scioli, qui nō intelligens mentem auctoris pro
 παραλλήλων supposuit πρὸς ἀλλήλων. Quod si Ptolemæi

fuiſſet hoc uerbum, non iniuria, obiceremus ei quod Sarmatiam a meridie reliquiſſet inde finita, quandoquidem ab oſtijs Coracis fluuij in finita poſſunt educi linea. per Colchidem Iberiamque & Albaniam ad latus Hyrcani maris, Incerium itaq; eſt, quæ earum Sarmatiam a meridie definiat, quantaque ſit longitudine, quæ terminus eius ad dictum latus Hyrcani maris, nullo ſit numero expoſitus, recte igitur Ptolemæus definiuit hoc latus meridianum tam longitudine quam poſitura, non enim niſi una ab oſtijs Coracis duci poteſt, ad latus Hyrcani maris, que æquinoctiali æquidifſet, hæc præterea nobis teſtimonio eſt, quod hæc pars lateris meridiani ad oſtia Coracis & Soanæ fluuiorū terminatur, quæ quidem eandem habet latitudinē graduum .47. id eſt æque ab æquinoctiali abſcedunt linea. Nec tamen diffitemur Colchidis partium quendam angulum, ſupra hanc æquidifſantem lineam euadere, ſi numeris credimus. Neque id definitionem inſtitutam redarguit, quum in geographico tractatu uniuerso ſatis ſit ad propinquū ueritati accedere. Illud autē reprehendendū quod interpres nullam de latere orientali Sarmatiæ facit mentionem, eius em̄ hæc ſunt uerba poſt Coracis fluuij oſtia. Finis.

„ q̄ hinc eſt ad Colchidos latus. 75.47. 2. Qui
 „ deinde eſt ad terminum Iberiæ in quo Sar
 „ matice Pylæ. 77.47. Deinde qui ad Albaniam
 „ usque Hyrcanū Pelagus in quo eſt poſt
 „ Soanæ fluuij oſtia quorum gradus dicti ſunt
 „ 34.47. Reliqua deinceps exponuntur abſq̄
 „ uia lateris orientalis mentione. Atque Ptolemæus
 „ id latus colligit ex parte Hyrcani maris,
 „ ab oſtijs Soanæ fluuij, ad oſtia Rha fluuij ac
 „ portione quadam eiusdem fluuij Rha, & meri
 „ dianum cuiusdam portione ad terram ignotam
 „ per meantis.

ARMENIA MAGNA.

In Armenia magna intercidit occidentale ſe
 „ tuseius, his uerbis. Ab occaſu parte Capa
 „ dociæ ſecundum expoſitam ponti Capado
 „ cum usque Colchidem per moſchicos mon
 „ tes lineam. Atqui talis linea Pontum Capado
 „ cium dirimit: ſolūmodo a parte Armeniæ, que
 „ ſupra Euphratem eſt, reliqua uero pars eius a
 „ Capadocia diſterminatur portione Euphratis
 „ quæ eſt inter Moſchicos montes & Taurum
 „ montem. De quo Euphrate fluuiō inferius hæc
 „ roſeri interpres. Sunt & aliij montes nota dig
 „ na prædicta ſciſſione Euphratis fluuij & hic
 „ item uocabulū πῆξ ἐκ τοῦ πῆξ in ſciſſionem uertit,
 „ nullam prorsus ſciſſionem habente Euphrate,
 „ ſed diuertigium iuxta Moſchicos mōtes. Nam
 „ a fontibus ſuis ad occaſum fluit, donec inſtitia
 „ Moſchicorū montium paulo excedit, hinc autē
 „ ad meridiem uergit, ita, ut qui prius æquidifſan
 „ tem pene æquinoctiali tenuit fluxum, iam ſub

eodem fere meridiano Taurum mōtem petere
 „ uideatur. Hoc eodem luto heſitat homo iſte in
 „ Catalogo ciuitatū. In parte inquit ſuperius
 „ concepta uſq; ad ſciſſionem Euphratis ſunt
 „ magis quidē ſeptentrionales regiones incipi
 „ enubus ab occaſu Baſiliſſena & Hoborde
 „ na & Arſia ſubq; hac Acileſena & Aſtauni
 „ tis & penes fluuij ſciſſionē Sophena. ſciſſionē
 „ Euphratis tribuit nullū ſuſcipienti flumē exter
 „ num, ſed ipſum ſolū & cōtinuum ſcindi inſinu
 „ at. De quo iā non ampliorē ſecimus ſermonē,
 „ quū hoc interpres deliramentū palā omnibus
 „ ſit lectoribus. Verū hoc quoq; notandū eſt, qd
 „ regiones ac ciuitates hinc enumeratæ in parte
 „ Armeniæ ſuperius cōcepta, ut ipſe dicit ſtatuū
 „ tur, quū ſint in parte mediā, q̄ ſcilicet ſub dicta
 „ parte Armeniæ eſt, Armenia quippe in tres par
 „ tes per longitudinē diuidit, Euphrate fluuiō,
 „ & mōte qui Tigridis ſupiacet fontibus. Supre
 „ mæ autē partis regiones ciuitateſq; iam expoſi
 „ tæ ſunt. Hic autē ſubiacentis Euphratis partis re
 „ giones ac ciuitates enumerat Ptolemæus. In par
 „ te autē inſima duas poſtremas omittit ciuitates,
 „ quarū noia ſunt Tigranoama & Artagigarta.
 „ Sic & Carpaſas in ſulas iuxta Cyprū præmittit

SIRIA,

Deinde in Syria neſcio quos mōtes Damaf
 „ cos & Palmyreos ſomniat his uerbis. Irrigāt
 „ regionē & aliij fluuij, a Palmyræis fluuius cu
 „ ius ſines &c. Numerisq; interiectis, mox in
 „ quit a Damafcis montibus fluuius Chryſorro
 „ as. Damafcus quidem ciuitas ſita eſt inter Liba
 „ num & Antilibanū montes, quorū neutri dicū
 „ tur Damafci montes, Atq; Ptolemæus dicit ὅ τε
 „ τῆς ἀπαλμύρου ῥέου, ac paucis interpoſitis ἡ ὅ τῆς
 „ δαμασκού ῥέου horū em̄ fluuiorū alter Ptolemæo
 „ referente Palmyrā ciuitatē præterfluit, alter autē
 „ Damafcū. Sequutus eſt mendoſū exemplar in
 „ terpres credulus ac imperitus, quale & ipſi unū
 „ uidimus, in quo erat ὅ τε τῆς ἀπαλμύρου ῥέου, & poſt
 „ pauca καὶ ὅ τῆς δαμασκού ῥέου, hic autē mirari ſor
 „ raſſe licebit, quū dicti duo fluuij terminos ha
 „ beāt in ipſa Syria, ubi nā ſunt eorū oſtia in mare
 „ præſertim ſi ſunt fluuij ut appellant, q̄ & de lor
 „ dane dubiū eſt qui totus pene eſt in Iudæa, ſed
 „ proſequamur ſomnolentiam interpretis.

ARABIA.

In definitione Arabiæ petriæ plurimū errat.
 „ Arabia inquit terminat̄ ab occaſu parte Syriæ
 „ expoſita, præmittit cognomentū huius Arabiæ,
 „ non em̄ dicit petriæ, ab occaſu uero eam parte
 „ Syriæ definit, quū tamē tota ſit ſub Syria, ab oc
 „ caſu autē adiacet Aegypto. Itaq; ab occaſu defi
 „ nit non parte Syriæ ſed parte Aegypti. Rurſum
 „ a meridie inqt, iteriore ſinu Arabici pelagi quū
 „ gradus habet 63 2. 29 2 3. Et ſum iuxta Hie

„ Hopolitem a notato sine apud Ægyptū usq;
 „ ad promontoriū quod iuxta Pharam est &
 „ gradus habet 66. 29. Villa uero Elana quæ
 „ iuxta sinum est eiusdem nominis gradus ha-
 „ bet 65 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$. 29 $\frac{1}{4}$. ab oriente linea emissa su-
 „ pra expositum Syriæ orientalem terminum
 „ & iuxta Arabiam felicem usque sectionem
 „ quæ gradus habet 70. 50 $\frac{1}{2}$. Iuxta autē Ere-
 „ mum Arabiæ supra reliquam lineam tendit, o-
 „ mitto q̄ præter consuetudinem authorū sinum
 „ Arabicum uocat pelagus. Negationem uero
 „ reliquā non iniuria notamus. Nam omnia hæc
 „ uerba interiore sinu Arabici pelagi quæ gradus
 „ habet 63 $\frac{1}{2}$. 29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. & sinu iuxta Hieropolitem
 „ a notato sine apud Ægyptum, hæc in quā uer-
 „ ba unicum significant locum, scilicet secessum
 „ sinus Arabici, iuxta heroum ciuitatem, is enim
 „ secessus habet gradus 63 $\frac{1}{2}$. 29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. sicuti uide-
 „ re licet in definitione Ægypti. Is deniq; est se-
 „ cessus quem ipse sinum uocat iuxta Hieropo-
 „ litem. Is postremo est notatus finis apud Ægy-
 „ ptum. At Interpres coniunctionem copulati-
 „ uam inter scribit, in tantumq; uerba producit, ut
 „ uideantur plura loca insinuari. Ptolemæus ue-
 „ ro Petream definiri a meridie significat, A-
 „ rabici sinus parte, ab exposito termino iuxta
 „ Ægyptum, usque promontorium quod apud
 „ Pharam est, habetque gradus 65. 28 $\frac{1}{2}$. & Ela-
 „ mite qui hinc est sinu, usque ad eius inflexio-
 „ nem, quæ habet gradus 66. 29. habere autem
 „ & Pharam uicium gradus 65. 28 $\frac{1}{2}$. Elanam ue-
 „ ro uicium adiacentem secessui sui cognominis
 „ habere gradus 65 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$ 29 $\frac{1}{4}$. sed nec hoc præ-
 „ tereundum quod Pharam uillam bis contami-
 „ nat, quum illi primum adiungit præpositio-
 „ nem κατὰ ac Catapharam uocat deinde cum
 „ addito μὲν eam Mempharam uocat Inde pue-
 „ rilem eius intellectū intelligere licet quum Pro-
 „ lemaei locum interpretatus est ubi gentes ac re-
 „ giones Arabiæ petreæ exponit. ἀπὸ μὲν Δύσεως
 „ τῶν ὀρέων τοῦτων παρὰ πλὴν αἰγυπτίαν ἢ σαρακηνίαν
 „ παρὰ καὶ ἰπώντιον ἢ μουνηχιάτις. Interpres ab
 „ „ occasu quidem horum montium iuxta Æ-
 „ „ gyptum Saracem, deinde conuētus quidam
 „ est. Illud equidem prætereo quod pro nomine
 „ regionis Γεγρανῶν posuit nomen populorum Sa-
 „ racem. Quod autē pro nomine Regionis quæ
 „ Munychiatis nuncupatur conuentū quendam
 „ interpretatus est. id uero insulsiatē hominis
 „ palam indicat, uidetur enim hoc nomen μουνη-
 „ χιάτις sic accepisse, ut populari quodam loquen-
 „ di modo dicē monachatus, prioratus. Itaq; pro
 „ monachatu conuentū posuit, tanquā fortasse
 „ honestius ac gratius nomē. Si quis aliter huius
 „ hominis monstrifici nebulas dissoluere confi-
 „ dit, eum libenter audiemus. Quippe finē huius
 „ lucubratiunculæ statuimus, non tam irridere
 „ hominem, quam lectores suos commoneface-
 „ re, ne erroribus puerilis Interpretis implicent.

MESOPOTAMIA.

Libenter rursum audiemus, quid nā uelit In-
 terpres uerbis suis quæ post catalogū ciuitatū
 Mesopotamiæ Tigridi fluuiū adiacētium pro-
 fert. Namq; exposita ultima earū Apamia, Sub
 qua inquit cōmixtio Regij fluuii cum Tigride
 est, & mediā prope regio. In alia autē mediā regi-
 one ciuitates hæc Subiunguntur autē ciuitatū no-
 mina cū numeris suis. Vbi quæso est illa cōmis-
 xtio Regij fluuii cū Tigride? Regius em̄ fluui-
 us Euphrati infundit̄ haud multū citra Seleu-
 tiā, quemadmodū superius expositū est post ca-
 logū ciuitatum Euphrati adiacentiū. Et sub
 Apamia Euphrates Tigridi coit, sicuti in histo-
 ria definitionis Mesopotamiæ apparuit. Cæte-
 rum cū uideat̄ in sinuare duas medias regiones,
 quænam est illa altera & prior quā ipse etiā sub
 Apamia esse significat. At Apamia in ultimā ut
 ita dicā cauda Mesopotamiæ est haud procul a
 confluente Euphratis & Tigridis. An aduerto
 equidē Ptolemæū exposuisse tres ordines ciuit-
 atū Mesopotamiæ. Primū quidē earū quas Eu-
 phrates alluere dicūt. Scdm̄ autē earū quæ Tigridi
 adiacent. & tertium reliquarū. s. mediarū. Pri-
 oris autē regionis mediæ ciuitates non uideo, nisi
 Interpres ut est monstrificus alteros mihi addat
 oculos.

ARABIA Felix.

In Arabia felici descripturus maritima sinus
 Arabici hæc habet Interpres. Post limitē inquit
 Arabici sinus iuxta Elanite sinum iteriorē, qui
 limes dicē est habere gradus 66. 3. 28 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$. Mo-
 diana &c. Hic quidē limes a Ptolemæo exposi-
 tus est in latere meridiano Arabiæ deserte. Inter-
 pres autē eum locū sicuti supra indicauimus oī-
 no prætermisit. Adde quod numerus quē hic ad-
 scribit ei limitē. s. 66 $\frac{1}{3}$. 28 $\frac{1}{6}$. nō est illius limi-
 tis, sed Omia ciuitatis quæ est intra mōtana A-
 rabie felicitis, priā. s. maritimarū. Interps autē Mo-
 dianā ponit primā, Omia ciuitate prætermittit, nu-
 merisq; suis ad limitē dictū falso translatis.

Scythia intra Imaum montem.

Iam prætermittis quibusdā intuitijs ad Scy-
 thiam intra Imaum montē transeamus, ubi etiā
 hæc uerba offeruntur in enumeratione monti-
 um. Apud autem hos inquit inter ima amnium
 montes, surgunt Syebi, quorum fines gradus
 habent 121. 58. & 132. 62. Hi montes profecto
 non sunt inter ima amnium, sed in ultima pene
 Scythia non longe a terra ignota numeris idat-
 testantibus. Imo supra eos montes a quibus de-
 fluunt omnes memorati in hac Scythia amnes.
 Postea in Catalogo gentium Erynimos, Asio-
 tas, Aorfos, populos in totum prætermittit. In
 Scythia autem extra Imaum montem omisit E-
 modos montes. In Serica postquam exposuit
 Echarden fluuium gentes enumerat, ac alium
 item fluuium Bantissum interfert, postremo-
 que Catalogum populorum absoluit. Sic &

fluuiorum expositionem, & gentium Catalo-
gum negligenter interrumpit. Mirandum cum
terni fontes binorum amnium hic exponatur,
quibus nam ostijs in mare effunduntur, an for-
tasse terra absorbentur, aut uirtute Solis in cli-
matibus etiam illis exhalantur. Idem & de A-
rio fluuio Ariæ mirandum cuius fontes qui-
dem sunt in Sariphis & paropaniso montibus,
Ariæ adiacentibus. Confluxus autem in palu-
de Aria. Deinde Paropanifadas excipere a Ba-
ctriana Dargamanim fluuium insinuat, qui ta-
men in Paropanifadis ortus Oxo in Bactriana
infunditur. In Catalogo populorum sub Par-
sietis quos corrupto nomine uocat Parocetas,
ponit ipse Parsios. Quum itaque Parsietæ sint
omnium australissimæ, Parsij in Arachosiam
incident. Arachosia autem Arachorum fon-
tem quem facit fluuius regionem permeans, in
totum fileat. In definitione Gedrosia habet In-
terpres, Gedrosia inquit terminatur ab occasu.
Carmania iuxta meridionalem expositam
lineam usque mare. Constat Carmaniam & Ge-
drosiam habere communem terminum, scilicet
lineam quæ ducitur per Persicos montes. Ve-
rum tamen hæc linea non est meridionalis, ut
eius uerbo utamur, hoc est sita sub eodem me-
ridiano, quando ne ipsi quidem Persici mons-
tes recte ad septentriones uergunt. Sicuti uide-
re licet in ipsis prouinciarum descriptionibus.
Quotiens in India quæ intra Gangem est uoca-
bulo scissionsabus est, ubi de fluuijs tracta-
tur non amplius recensebo. Satis enim super-
hominis infulitas circa hoc uocabulum superi-
us indicata est. Caterum Ptolemæus descriptu-
rus ciuitates mediterraneas Paraliæ regionis
Soretarum hunc præfert titulum. Παλιὰς σωρη-
τῶν μεσογῆσι πόλις, hoc est Paraliæ Soretarum
mediterraneæ ciuitates. Hic Interpres Soretarum
inquit penes litus mediterraneæ. Quomo-
do quæ sit mediterraneæ sunt si circa litus? Nō
animaduertit hoc nomen Παλιὰς sub eadem
terminatione utrique generi accommodari,
Itaque si non errasset Interpres dicendum fuit
Ptolemæo Παλιὰς σωρητῶν. Caterum ipse quo-
que Interpres superius in descriptione mariti-
mæ non uertit hoc uocabulum, mox post adno-
tationem Curulæ ciuitatis, sed Paralam uoca-
uit non littoralem.

IOHANNIS DE MON-
te Regio in penultimum septi-
mi uoluminis caput an-
notationes.

Penultimū septimi uoluminis caput, sic inci-
pit ἢ μὲν ἑαυτοῦ ὑπεργραφῆ ὅτι καθόλου Διαθέσεως μέγισ-
τῶν τοσούτων ἔχει συμμετρως. Interpres, quæ su-
pra scripta sunt de uniuersalis situs disposi-
tione usque huc cum æqua dimensione ha-
bentur. Non statuimus singula uerba ada-

missim examinare, quæ em̄ ab omnibus crassa
quadam inspectione notari possunt consulto
præterimus, uerum hoc uocabulum συμμετρως,
animaduertimus multiplici significatione dis-
tractum esse, σύμμετρον enim nunc commensile
dicitur, cui apponitur εὐσύμμετρον nunc autē pro
idoneo, uel competenti, aut pro congruo acci-
pitur, qua quidem significatione in præsentia
usus est Ptolemæus, non ut iste interpretatur
cum æqua dimensione, quod enim æquum aut
iustum est, redarguendi licentiā haud uereatur.
At Ptolemæus ipse, pro sua singulari modestia,
tractatum suum nunquam tam æquum esse di-
ceret, quin aliquo loco notari posset. Sed hæc
minuta grammaticis libramentis relinquamus,
quale etiam illud est quod mox sequitur. Ἐφα-
νόμενον τῆς γῆς ἡμισφαίριον. sic a traductore ex-
pressum, Hemispherium terræ quod ostendi-
tur multum differentibus his participijs φανόμε-
νον & θεωρούμενον. Non aliter huius capituli
inscriptionem confusis nominum significatio-
nibus uiciauit Interpres, ubi Armillarum Sphæ-
ræ descriptio promittitur Ptolemæo dicente,
κρικωτῆς σφαίρας μετὰ ὅτι οἰκουμένης καταγραφῆ, ibi
dixit Interpres, Circularis Sphærae cum habita-
bili descriptio. Tantum scilicet ab Idonea con-
uersione abhorrens, quantum κύκλος & κείνος
distant, id est Circulus & Armilla. Iam uero
huius capituli literam uertens eodem luto hæsi-
tat, & circularem sphæram non uno tantum lo-
co pro armillari ponit. Sententias denique non
solum uerba confundit, quod quidem plane in-
telligetur, si Ptolemæi literam hic inferemus.
ὅτι ἀποτομὴ δὲ προσδέναι πᾶσι ἀπὸ τῶ φανόμενον τῆς
γῆς ἡμισφαίριον, ὅτι ἢ ἡ οἰκουμένη καταγράφεται ὅτι
ἐπιπέδῳ, περιεχόμενον ὑπὸ σφαίρας κρικωτῆς. ἐπει-
δὴ πλείους μὲν ἐπιπεδῶσι τῆ τοιαύτη δειξῆαι, παρὰ
λογώτατα δὲ τάντη φαίνονται κρικωτῆσι. προσκείδω
δὲ κρικωτῶν σφαίραν ὅτι ἐπιπέδῳ καταγράφεται, μέρε-
ἐμπεριλαμβανομένη τῆς γῆς, ὡς τῆς ὀφεισθῆ δέσμι-
ἐχούσης, καὶ τῆς ἐπευθείας ἔσαι, τὰς κοινὰς τομὰς,
τοῦτε διὰ τῶν τροπικῶν σημείων μεσημβρινοῦ, ὑφῶν
ὑπόκειται καὶ ὅτι μὲν ὅτι καὶ τῆς οἰκουμένης δι-
χοτομῶν, καὶ τοῦ διὰ συνήθη ὅτι τῆ γῆ γραφομένη
παράλληλου, διὰ καὶ αὐτῶ τέμνοντι ἔγρησα τὸ
,, πλάτῃ τῆς οἰκουμένης. Interpres hæc habet
,, Non autem incongruum est addere his quo-
,, modo Hemisphaerium terræ quod ostendi-
,, tur describi possit in plano contentum sub
,, Sphæra circulari. Cum igitur plures ad osten-
,, dendum id elaborauerunt, & absurdissime
,, hæc demonstratione usi fuerunt, propona-
,, tur circularem sphæram esse describendam
,, in plano terra interiori comprehensa.
,, Aspectus itaque oculi situm habeat per quem
,, recta linea fiat in communibus sectioni-
,, bus meridiani, per signa tropicorum tran-
,, sit, quæ habitabilis terræ longitudinem
,, secat, & parallelus per Syenen notatus

in terra diuidens & hic latitudinem habitabi-
lis, sic ille uertit, traiectis hinc & inde senten-
tijs. Ptolemæus quidē exemplo adductus alio-
rum qui hoc genus descriptionis inepte tracta-
uerunt, uerā artificiosamq; descriptionē Sphæ-
ræ armillaris terræque habitabilis explanat. Iste
autē dicit. Cum igitur plures & c. nouā. s. illinc or-
sus sniam quæ tñ precedētī cohæret. Et iterū a-
spectus itaq; inqt oculi & c. nouā hic sniam in-
choans quæ tñ iuxta dictionē Ptolemaicā præ-
cedentī cōnectit. E contra ubi Ptolemæus dicit
*περοκείδω δὴ κρινωπῶν σφαιρῶν ἢ ἐπιπέδω κατὰ γό-
φου* propositū. s. principale aggrediēs, ibi tradu-
stor neminimā quidem facit distinctionē. Ve-
rū huiusmodi minutias quilibet uel paululū
græcis inuatius lris aniaduertere potest. Quod
uero sequit sine mathematica intelligi aut tra-
duci nequit, quāobrem paulo altius repetendū
est, in tribus oīno præsens uertit negotiū, sphæ-
ra uidelicet armillari, Hemispherio terrestri, ha-
bitabilē nostram cōplectente, & oculo ipso in-
spectore, quorū prima duo certā inter se habere
debent pportionē, huic opificio idoneā. Visus
autē non pportionē postulat ad utrūuis eorum,
sed situm determinatū, quo quā plenissime fieri
potest, habitabilem nostrā conspiciet, qui situs
erit in linea recta, quæ ex medio terræ habitatae,
ad rectos exurgit angulos. Demonstratū quip-
pe p̄spectius est, certissimā oīm rei uisæ contem-
plationem fieri, qñ uisus recte in mediū obiecti
intuet, hoc est si pictoria utilicet dictioē, qñ ra-
dius centricus, in medio puncto oblatae supfici
ei figit. tunc em̄ æquale radiorū lateraliū circun-
stātia stīpatus, quasi axis est pyramidis radio sæ-
br cuiuslibet. Cæterū in geometricis demonstra-
tum est q̄ qñ duo plana se inuicē secant, sectio-
nem cōm fieri lineā rectā. Ptolemæus itaq; sta-
tuit uisum e directo sectionis cōis, quā habent
duæ circuloꝝ planicies, meridiani. s. qui per no-
tas tropicas ducit, & paralleli terrestris per Sye-
nen euntis utroꝝ eorū habitabilē per æqualia
secante, hoc quidē in latitudine, illo autē in lon-
gitudine, quapropter & sectio eorum cōis, pun-
ctum mediū totius habitabilis indicat, & uisus
a terra in sublimē elatus, punctū illud mediū, re-
cte p̄p̄modū respicit. Nam hoc quoq; geome-
tris demonstratū est. Si utrūq; planorū se inuicē
secantū, ad aliam quāuis planiciē recte in sidat
sectionē quoq; eorum cōm illi planicie recte
innitit. Verū ne quis insidiosus obrepat, argu-
ens, planū paralleli per Syenen in terra euntis,
non recte occurrere supficiēi terrestri, qm̄ non
per centrū terræ ducit. Is rñ sum accipiat, iuxta
auctoris mentē satis esse, q̄ planū illud recte in
sidat meridiāno, per notas æquinoctiales ince-
dētī, in cuius. s. meridiani planicie, quæcūq; hic
proponunt describenda sunt, ad quā & uisus
tanquā ad terrā ipsam respicit. Sed ne longiori
diuerticulo abscedamus, præsertim quā hæc o-

mnia in cōmētarijs geographicis abunde expli-
cata sint, redeamus ad uerba Interpretis. Aspe-
ctus inquit oculi sitū habeat, per quē recta li-
nea fiat in cōmunibus sectionibus & c. Ver-
ba Oedipode indigētia. Quū enī situs oculi sit
in sublimi, quonā modo per eum fieri aut duci
potest sectio cōis memorata, quā supficiē ter-
ræ utrobicq; coercet? qñ & parallelus terrestris
per Syenen scriptus, ultra supficiē terræ nō eua-
dit. Iam uero uideamus quorū sit circuloꝝ hui-
uscemodi cōis sectio, quā Interpres nūer plu-
rali expressit, morē loquendi secutus græcani-
cū, meridiani inquit qui per signa tropicorum
transit, quiue habitabilē terræ longitudinē se-
cat, pro specie genus in scite supponens. Διχοτο-
μείν εἰς non est secare solū, sed per æqualia se-
care. Verū hoc tanquā paruum ignoscimus pecca-
tum, expectantes alterū circulū, de cuius, & me-
ridiani sectione cōi hic agitur, & parallelus in-
quit per Syenen notatus in terra. Non dubita-
mus autē hunc alterū circulum esse parallelū, qui
per Syenen in terreno ducit globo, ita, ut cōmu-
nis illa sectio, sit meridiani, & paralleli, ommissis
intelligētia gratia uerbis cohærentibus, quæ si-
gnificant quē meridianū, quemq; parallelū in-
telligere debcamus. At iste & parallelus inquit
per Syenen in terra notatus, rectū. s. pro geniti-
uo casu incongrue ponens. Suspiciari forte lice-
ret, incuria librarij id euenisse, si nō hoc epithe-
tum participiale notatus, in recto quoq; positū
esset, & inē quod sequit diuidens & hic latitudi-
nem habitabilis. Vbi p̄terea in pristinū quoq; re-
labit errorem. s. spēm in genus absurde uertēs.
Miramur hominis inconstantia, qui quū alias fer-
me in locis paulo obscurioribus fidi Interpre-
tis morē custodiat, uerbū uerbo qualitercūq;
reddens, hic pro genitiuo casu rectū suggestit,
Ptolemæo dicente, καὶ τὴν διὰ συνίτης ἢ τῆ γῆ γρασ-
φομῆς πῆσαι δὴλας. Quæ rursus fida interpretatio
sequenti etiā auctoris literæ lumen adimit. Cui-
us rei gratia Ptolemæi uerba proferantur. οὐτως
δὲ ἐχέτωσαν οἱ λόγοι τῶν μεγάλων ἐν κρινωπῆς σφαι-
ρας, καὶ τῆς γῆς, καὶ τοῦ τῆς ὀψείως ἀποσήματ^ο, ὥστε
ἢ τῶ μεταξὺ διαστήματι, τοῦ π̄ κατὰ ὄμ̄ισι μ̄ορῶν κρι-
νω, ἢ τῆ κατὰ τ̄μ̄ δ̄ορῶν, τροπικῶν, ὅλων ἐμφα-
νεῶσαι τῶ ἐγνωσμέλων μέρ^ο ἐν γῆς, τῶ νοτιωτέρου
τῶν ἡμικυκλίων, τοῦ διὰ μέσου τῶν ζωδίων κῆκλ^ο κα-
δεσκότ^ο ὑπὲρ τῶν γῶν, ἵνα μηδὲν τούτου τις ἐπι-
πρόδοσις γίνηται, τῆς ἡκουμένης πρὸς τῶ βορείω τι-
μεμῆνης ἡμισφαιρίω. Quæ quidē auctoris uerba
Intepres hoc modo uertit. Sicut autē habeantur
rōnes magnitudinū circularis sphærae & ter-
ræ, & absentia ipsius aspectus, ut in distātia
q̄ colligat inter circulū iuxta æquinoctialē ac
tropicū æstiuū tota ps orbis nobis noti appeat,
australiori semicirculo p̄ mediū signifericū
sup̄ trā cōstituto, ne ultra ipm̄ qdā additio fiat
ipsius habitabilis ad boreā Hemispheriū inde
protēsa. Satis bene quidē incipit, tales em̄ fore

oportet rationes magnitudinū armillaris sphae-
 rae & terrae ac remotiōnis uisus, ut in eo spaciō
 quod inter duas armillas, æquinoctialē uidelicet
 ac tropicū æstiuū cōtinet, tota pars terrae
 cognita appareat. Interpretasūt uerborum suc-
 cessiui pueriliter inhians, dum prepositiōis græ-
 cæ κατὰ, uim exprimere curiōsius studet senten-
 tiā auctoris obscurat. Dicit quæso quē circulū
 significet qui inter æquinoctialē ac tropicū
 æstiuū sit. Hoc em̄ condonamus q̄ κρῖνον, ar-
 millæ nomen græcicū, uertit in circulū. Dicit
 deinde quonam modo distantia quæuis colligi
 possit inter circulū unicū, quū distantia quæ-
 libet duobus necessario claudat terminis. Quod si
 duo termini talis distantiae assignent, alter qui-
 dem circulus iuxta æquinoctialē, alter autē ipse
 tropicus æstiuus, scire uelim quis sit circulus il-
 le iuxta æquinoctialē, non em̄ tropicus hyema-
 lis esse poterit, ne circulus ipse æquinoctialis ali-
 quid terrae habitabilis obumbrēt. Item cur non
 dixerit inter circulū iuxta æquinoctialē, & cir-
 culū iuxta tropicū æstiuū, hoc est cur non bis
 prepositiōne latinā iuxta, pro græca κατὰ bis
 posita exp̄ssit? Non sic umbratilis est Ptolemæi
 ca dictiō, sed per quā luculenta, utpote quæ dis-
 tantia denotat in t̄ duas armillas cōprehensam,
 quæ altera quidē circulum æquinoctialē qui
 in cœlestibus est, altera autē tropicū æstiuū re-
 præsentat. Similis uerborū turba deinceps seq̄-
 ritur, australiori inquit semicirculo per mediū si-
 gniferi circulū super terrā constituto. Vbi intel-
 ligentiū diceret fidus qui sp̄iā Interpres austra-
 liori semicirculo eius qui p̄ mediā signa est cir-
 culi, super terrā constituto. Quod deinceps se-
 quitur infantia traductoris palā indicat. Ne ultra
 ip̄m inquit quædā additio fiat & c̄ επιπεδοῦσιν
 quippe non est additio sed obumbratio aut oc-
 cultatio nam ἄρ' τὸ επιπεδῶσιν formatur nō ἄρ'
 τὸ επιπεδοῦσιν ut existimasse uideat Interpres
 hoc uno uocabulo a mēte auctoris longe auer-
 sus. Ceterū omnia exēplaria græca quæ usquā
 diligentī & longa inquisitione cōperimus hoc
 in loco mēdo sa uident, quæ res quoq̄ errorem
 Interpretis adauxit, quo minus græci scriptoris
 sn̄iam intelligeret. Nolim autē temerariū a quo-
 piā iudicari, ut qui latini hoīs interpretamenta
 exc̄ribare aggressus sim, nunc limites statuto s̄
 transiliā, græca etiā correcturus exēplaria. At
 si cuiquā forte pro arbitrio suo contēdere libe-
 at is prius dicat quonā pacto australior semicir-
 culus signiferi habitabilē septentrionalī semi-
 spherio suppositā obumbrare queat. idē græ-
 ca ac sup̄ius adducta dictiō significat, quū illuc
 usq̄ nequaquā protenda. Frustra igitur Ptole-
 mæus monuit dictū australiorem semicirculū
 supra terrā statui debere. Quapropter δ' ἀντὶ
 τούτου uittio quocunq̄ interiectū esse crediderim
 Ptolemæi uerbis, quæ uel talia ab initio fuisse ui-
 dent. ἵνα μὴ τις ἐπιπεδοῦσιν γίνηται ἢ ὀμβρῶσιν, πρὸς

τῶ βορείῳ τριβυλῆς ἡμισφαιρίῳ, uel ad hunc modū
 ἵνα μὴ ἀντὶ τὸ βορρῶδες τις ἐπιπεδοῦσιν γίνηται. Ὁ τα-
 λοιπά. Quod quidē pro ὑπερδύο inep̄te dixit ultra
 ip̄m prepositiōne græca ὑπερ nuncq̄ ultra signifi-
 cante, id cōdonamus misello Interp̄ti. Quod autē ui-
 ciatū Ptolemæi textū tanquā integrū, & a mēda
 omni immunē, secure, imo stolide interpretari ten-
 tauit, id p̄fecto ueniā haudquaquā inueniet, quū
 potissima Interp̄tis facultas cōsistat in cognitiō-
 ne rei traducte de, quā si tenuisset traductor, exē-
 plar mēdo sum in primis redintegrasset. Nostrā
 autē in hoc loco emendatiōne, nō esse absentia-
 neā, ab auctoris mēte uel hinc maxie perspiciū
 erit. Nā si australiorē signiferi semicirculū sub
 terra posueris, septentrionalior eiusdē semicir-
 culus supra terrā necessario statuetur, s. inter ui-
 sum & septentrionalē habitabilis n̄ræ partē, atq̄
 idcirco quandā dictæ habitabil' portione uisū
 occultabit. Talē itaq̄ obumbratiōne declinare
 uoluit Ptolemæus, statuēs semicirculū signife-
 ri australē supra terrā, hoc est septentrionalē se-
 micirculū sub terra, ut tota habitabil' n̄rā cerni
 queat. Qui melius sese intelligere cōfidit in mē-
 diū afferat sn̄iam suā nos interim ad alia dein-
 ceptis propabimus ubi auctoris uerba hec leguntur.
 ὅτι μὴ ὄν τ' ὑπερδύο ὑπερδύοσιν, οἱ μὴ ἐπιπεδοῦσιν μεσση-
 βρῖνοι, μίας εὐθείας τ' ἢ τ' ἄξονα ποιήσονται φαντασίῳ,
 ὅτε εἴ ὄφειος ἔν τῶ διαπύου ἐπιπέδῳ ποιηθῶσιν, ἢ ἔτι
 ὁ διασύνυς εὐθείας ποιηθῶσιν φαντασίῳ, ὅρθῃς ὄσιν ἐκεί-
 νης διαπύου ὁμοίῳ αἰθῶν ἢ τὰ λοιπά. Vbi Interp̄s
 „ hæc habet. Quod igitur subiectis his dicti circuli
 „ meridiani unius recte lineæ scdm̄ ip̄m axem
 „ præbeat phantasia, tanquā aspectu ip̄so ca-
 „ dente per illos in plano, et q̄ parallelus Sye-
 nes rectus sit ad illā, ex simili rōne et reliqua. Vi-
 de q̄ breuis uerborū transpositio mēte auctō-
 ris abscondit. Ptolemæus quidē hanc ferme sn̄iam
 inuit, quasi uisus cadat in plano, p̄ eos subaudi-
 ducto. Interpretis autē uerba hunc reddūt sensum
 q̄si uisus cadat p̄ eos in plano, hic quidē casum
 uisus p̄ ipsos circulos meridianos insinuat, illē
 x̄o casum uisus per planū. Quod autē sequit̄ tra-
 ductoris interpretamentū alienius est a mēte Pto-
 lemæi, qui parallelū Syenis recte lineæ apparen-
 tiā facere autumat lineæ, s. erectæ existētis sub-
 audi ad prædictā meridianorū apparentē lineā.
 At traductor ip̄met parallelū recte esse ad illā
 uidelicet meridianorū lineā ex simili rōne inter-
 pretat, & quidē absurde. Nam etsi parallelus ta-
 lis rectus sit ad lineā meridianorū repræsentatri-
 cem, non tñ illud est ex simili rōne. i. quia uisus
 incedit per planū paralleli, sed ex alia, quia uide-
 licet palle ad planiciē meridianorū rectus est.
 Sed qm̄ hæc res penitus enucleari negt, nisi alti-
 ori ex geometricis repetitiōe utāur, qd̄ reliquū
 est a cōmentarijs geographicis petendum erit.
 Non enim cōmentationem in præsentia facere
 polliciti sumus, sed errata traductoris cursim
 indicare, itaque deinceps hominis ineptiam d̄

tegemus quæ ad hæc Ptolemæi uerba refertur.
 ὡς δὲ μεθοδεύοιμι πῶς καταγραφῶν ὁμοίαν ὡς
 ἐνὶ μάλισσά ταις ὁππιαῖς Διατυπώσειςιν προσχαροῦν ἢ
 μὴ ἔσαι τόνδε ἢ ἢ τῶν ἢ. Interpres. Quomodo
 „ autē inquir ostendamus descriptionē simi-
 „ lem quā maxime fieri possit, in imaginibus
 „ oculorum facile nobis erit in modum hunc.
 Similem bone uir ais, cui nā quæso? lam omīssa
 prapositione in, dic similem imaginibus oculo-
 rum, Quibus obsecro oculorum imaginibus?
 Sed iniquæ forsitan causari uidemur Interpre-
 tis ruditatē, si non prius breue aliquid de men-
 te auctoris proferamus. Statuatur itaq; oculus
 cuiuspiam egregius pictorum in eo situ, quem
 auctor superius indicauit, sintq; magnitudines
 sphæræ armillaris, & terræ, congruentes sibi in
 uicem, & prædicto oculi situi, pictor ipse am-
 bas iterum atq; iterum ut affolet contemplan-
 s phæras, artificiosissime habitudines omniū cir-
 culorum utriusq; sphæræ, in plana quadam ta-
 bula expressas nobis reddat, hortamur princī-
 pem mathematicorum Ptolemæum, ut doceat
 quemadmodū talis descriptio fieri debeat, tam
 etsi neutra sphærarū oculis nostris obiecta sit.
 Huic ergo petitioni satisfacturus auctor, mo-
 dum tradit quo prompte fiat huiuscemodi de-
 scriptio, similis uidelicet quā maxime fieri pos-
 test uisualibus adumbramētis. Hinc iam orsus
 describendi modū Ptolemæus ait καὶ κενέτω ἢ
 τὸ δὲ διήρηθῆναι Διάμετρον πῶς α ε κατὰ δ ο. Interpres
 „ Et diuidatur diameter æstiuus A E iuxta P.
 Si librarius nō peccauit passiuū pro actiuo po-
 nens, quis non putabit rectam, A E, esse diame-
 trum æstiuum, si traductoris uerba perpendat?
 eandēq; diuidi iuxta P. Sed illud tanquā nulla
 uel non acridignū inspectione transimus. Hoc
 uero quod sequit cuius uitiō sit in uersum scru-
 tabimur. Ptolemæi uerba. λόγος δὲ τῆς μὲν ἀπὸ
 τοῦ Διασύνου ἐπὶ δὲ ἰσημερινῶν περιφέρειας πρὸς τὸ π
 ταρτημόριον τῶν δ ἑγγιστα πρὸς τὰ ι ε. Interpres. Et
 „ ratio circumferentiæ a parallelo Syenes ad
 „ æquinoctialem ad quartam circuli magni te-
 „ tartemoriū, hoc est quatuor fere sit ad quin-
 „ decim. Si quidē ut uerba iacent uocabulū tetar-
 temoriū Interpres significare putauit propor-
 tionē quatuor ad quindecim, nihil insulsius ex-
 cogitari potest, quū & ipsemet inferius paulo
 ὅ τε ταρτημόριον in quadrantem uertit, de suo ad-
 dens hoc, circuli magni. Si autē in proprio & pri-
 mo traductoris exemplari nō fuit tetartemoriū,
 undenā librarius desumere potuit, cui forsasse
 uocabulū illud græcanicum oīno fuit ignotū?
 Deinde ut cursum aliū indicemus errorem Epi-
 tetartus inquit erit. e. a. lineæ e centro terræ ex-
 euntis, epitrita hac proportione existente, hoc
 est sicut quatuor ad tria, aut uiginti ad quin-
 cim. Rursum, & diuisa inquit quadam lineā re-
 cta e q m nonaginta æquales portiones unius
 tetartemoriū. Omisit æquali ipi e p. itemq; pro

uocabulo tetartemoriū nihil latini reddidit, nul-
 la urgente latinītatis penuria. Hinc autē tanta se-
 quantur uerborū inuolucra, elementorūq; qui-
 bus & notæ repræsentat & lineæ tam confusa
 transpositio, ac pro altero alterius suppositio,
 tātaq; traiectio oīm, ut si prius tonitrua e diuer-
 sis cœli regionibus adijisse uidearis, iam oīa per
 mixta ac tantā dicas conflatā esse tempestatē, ut
 cœli ruina ingruere uideat. Hanc tñ ueniam tra-
 ductoris inscitia forsitan inueniet, q; græca quoq;
 exemplaria quotq; uidimus hoc loco corrupta
 sunt oīa. Verum idonei officii erat Interpretis,
 ut nō ante uertendi munus assumeret quā opus
 traducendū ad amissim examinaref. Talibus
 igitur intricamētis consulto præteritis, qm pro-
 prio uolumine, uix oīa possent explicari, altiu-
 sculā quandam repetitionē faciemus, quo pleni-
 us intelligatur q; perniciosus sit cuiusq; Interp-
 tis conatus, si nec peritiā utriusq; linguæ habe-
 at, neq; rem ipsam traducendā satis perspexerit,
 nec p̄terea exemplari emendato usus fuerit. Quū
 igit sphæra armillaris oculo subiecta, eā q; pro
 terra est ambiat sphærā, paralleli armillares in
 plano describēdi, si ad uisum referantur duplices
 habebūt portiones, alteras quidē ad oculū uici-
 niores, alteras autē ultra terrā porrectas. Descri-
 ptis ergo hīs quæ ad uisum ppinquāt, ultraterra-
 neas quoq; ut ita dixerim Interpres adgredit,
 facient inquit sectiones, scilicet ad a c. per quas
 scribentur fines terræ portiones eorundē paral-
 lelōrū. Quod quæso monstrū dictiōis hoc est?
 quos fines terræ cōmemorat? quū in præsentia
 parallelōrū descriptio, non terræ definitio tra-
 ctetur. O improbū ausum Interpretis, qui tanti
 operis traducendi prouinciā surripuit. O stupi-
 dum hominē, & fortasse saxeum, errata sua nō
 sentientem, quæ profecto puer quisq; grāmāti-
 cus partim animaduertere potuit, fines portio-
 nes quomodo bone uir construes? nulla hic ap-
 positione locū habente? Pudet tedetq; diutius
 tam pueriles traductoris effutias uersare. Dices
 forsitan in græco exemplari hæc uerba inueni-
 ri ποιήσομαι τὰς πρὸς τὴν α γ τομάς Διῶν γραφίσεις
 τὰ πέρατα τῆς γῆς εἰς τμήματα τῶν αὐτῶν πρῶτον
 & ea ut iacent teuertisse. Esto in omnib. græcis
 exemplaribus quæ in manus latinorū incidere,
 hæc uerba legant, non tñ idcirco ab errore te im-
 munē facies nam si rē ipsam noua lingua edisse
 rendā, intelligis, huiuscemodī p̄fecto uitiū, &
 potes & debes extirpare, si non intelligis, tradu-
 ctoris munus iniq; usurpasti, neq; em hoc pacto
 transfers, q; q; qualitercunq; occurrenti uerbo
 uerbū reddis, sed uitiō uitiū inscite adaggeras.
 Quid multismoror exemplar Ptolemæi ppriū
 hæc habuisse v̄ba nō dubitauerim τὰ πέρατα τῆς
 γῆς εἰς τμήματα τῶν αὐτῶν πρῶτον, qd latine dici
 potest, ultraterraneas portiones eorundē paral-
 lelōrū. Testimonio nobis ē locus qdā inferior
 ubi iterū de parallelis atq; alijs circulis iā in pla-

no exaratis agitur, Ptolemæo his uerbis utente
 καὶ ἐπὶ τὰ πρῶτα τῆς γῆς τμήματα σκοπεῖται ἡ πρῶτη
 ἡμῶν. Verum ne illuc usq; translisisset uidea-
 mur, peritiā traductoris loco etiā ceteriori indi-
 cabimus, ubi Ptolemæus hęc profert quam sci-
 tissime. ἐπὶ δὲ τῆς ἡμετέρας πρῶτης ἐκείνη πρῶτης
 τὸν ὄψωσιν ἔρχεται μὲν ἕκαστος. Διὰ τῶν ἐπιλημμένων
 ποσῶν σημείων σχήματι δὲ ὡσὸς ἑῶν μὴ εἰς ὄψωσιν
 ἴσῃ, ἢ τῶν πρὸς τὸν ἐξῴσιον κῆλον τομαῖς, ἵνα μὴ κατὰ
iectū amnem prolapsa, in volucres verti dicerentur, ad hęc
audiuisse postea a locorum peritis, id miraculi in Orcadū
vna spectari.



TABV LAIMODR NA HIBE R






TAB. MO. HISPAN.



ABVLA secunda Europæ, de Hispania satis dictū esset, ne tamē aliquid in nostro opere vacuū maneat, paucula de moribus Hispanorum subsequuntur. Hispanorum fœminæ domesticas agrorūq; culturas administrant, ipsi vero armis & rapinis inferuiunt. Breuī vtuntur veste, ac nigra, lanam habente similem caprarum pilis. Peltæ in bello paruas, ex neruis confectas, quibus tegatur corpus habēt, his in bello ea agilitate vtuntur, vt et ictus & sagittas euitēt, iaculis ferreis hamatisq; vtunt, galeas ferunt creas, cristatis palmis, gladios ex ferro puro, ad palmi mensuram, quibus in conserta vtuntur pugna. Ferrum suo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas laminas in terrā abscondentes, ibi tā diu esse sinūt, quoad debiliori pte, ferrugine absumpta, validior supersit, ex eo tum enses fortissimos, tū cetera ad belli vsum arma necessaria componunt. Hoc pacto fabricata, adeo cedunt omnia, vt neq; scutū, neq; galea, neq; aliud quicquā sit, qd eis obsistat. Duobus gladijs fulti, circuestri certamine superiores euaserint, ex equis desiliunt, & pedestrā adiuuant pugnam, iaculis longe iaciūt, & summa arte, in acie diutius perseverāt, mobili corpore, leuicq; vt facile fugiāt hostē, et insequantur. Bella ad numerū aggrediūtur, hosti obuiant cantando. In pace choreas leui saltu exercent, cum quadam crurum agilitate. Erga nepharios homines atq; hostes crudelcs sunt, cū aduenis humani atq; hospiales, adueniētes enī externos, hospitio benigne recipiunt, adeo vt emulatione quadā pro illorum honore certent. Quos aduenē sequiūtur, hos laudant, amicosq; decorum putant. Mulieres ferrea monilia collo gestāt, supra verticē coruos incuruos habentia, et ante frontem longius incumbentes, ad quos cum velint, velum attrahunt, vt extentum, faciei umbraculū præbeat, idq; ipse pro maximo ducunt ornamento. Quadam itē in parte tympanulū circūducitur, ad posterioresq; in occipite neruos capiti vsq; ad auriculas adstricū, in altum latūq; supinatur. Alię sinciput expilatū enudāt, adeo vt amplius q; frons ipsa pateat. Alique impositū ad pedis mensurā, in sublime stilū erigūt, cui q; sariē circūtexūt, deindeq; pileo nigranti exornāt.



TA · MO · GALLIAE



BSERVANTISSIMI itaq; hodie vere pietat; sunt Galli. Regis imperiū late omnia tenet. Coronat; abundat aureis (quos vulgō Coronas nuncupam⁹) Scutis. Matrimonia Italico ritu celebrant. Liberales artes multis curę existunt, et diuinarū artium studia Gymnasiū, quod

Parrhisij est, id demonstrat, omniū quę hodie sunt in terris celeberrimū. Sunt & Rhomanarū litterarum appetentissimi, ac latinarū æmuli, in eo studiorum genere, nec gręca aspernantur. Penes magistratus iudicia sunt, regum est hos eligere. In bello cataphratto equite vtuntur, pediteq; leuiter armato. Vtuntur & sagittarijs, qui longiores intendunt arcus, nec corneos vt Scythę, & totus fere oriēs, sed ex Taxo, aliaue duriori materia. Comitant; bellica tormenta exercitiū. Curribus vehuntur, magis ordine q̄ agminibus dimicant, maiori ferocia q̄ arte, q̄q; hanc in administrando bello haud negligant. Attalos vocat; Caduceatores. hi belli pacisq; nunci, colūt regē incredibili affectu. Multa religio in tēplis, in religione sanctitas, sacrorū antistitum maiestas. In dero dignitas et veneratio multa. Frequēs in cerimōiā cātus, & ob eā rē musice studiū his propemodū peculiare. In vestitu ac calceatu, vel nostra memoria variatum, me puero (inquit Sabellicus) Gallicę gentis omnes aulici, circa derū, amiciebantur manicato sagulo, vix dimidias nates tegente, in multas scutulas, ab imo ad summum complicato puluinatoq; circa humeros. Calcei anteriori parte in tenue cornū protenti, semipedalis longitudinis, qualis nunc species visitur in gentilibus aulis. Tegmē capitis, id Biretū dicūt, oblongū, ac veluti in conū exiens. At nunc omnia mutata, calcei a fronte vehementer expansi, in modū vrsini pedis, retro castigatior forma, ac vix calcanei capax. Laxior vestitus, ac multo demissior q̄ antea, ad mediā fere crura descendēs, laxis manicis ab vna parte defectis, tēns versicolorib⁹ tectis, et ex obliquo cancellatim sago assutis. Laxus pileus, ac plurimū punice coloris, sed biretū multo laxius, male capiti adherens, vt nihil sit alioqui ipsa gēte cultius. Cœpit his paucis annis nostrorum hominū animos incredibile studium eius cultus, imitandiq; adeo mos inualuit, vt tōta fere Italia Gallico spectetur habitu, manifesto p̄sagio eorū, quę postea secuta sunt. Muliebris autem habitus mutatus fere nihil cernitur.





NEAR SHALIM

1871
1872

SHALIM

TAB. MO. GERMA.




AB VLA quarta et quinta Euro-
pæ de nonnullis Germaniæ pop-
ulis, ac eorū morib⁹ dictum est.
Nunc sūt de ceteris, que locis alle-
gatis emissa sunt, dicendū erit. Et
primo de Boemia. Boemia regio,
Germaniæ finib⁹ inclusa. Aquilon-
is flatibus obiacet. Latitudo eius

longitudini fere par, trium forte dierū iter. Silva hercynia
tanq̄ nativo muro undiq̄ cingitur. Alibi fluvio media
irrigantur, atq̄ quodam alio Multano nomine, ad cuius
ripā Praga sita est, amplissima vrbs, et totius regni caput.
Solum hordei et tritici ferax, pabulo, pecore atq̄ piscibus
abundat, olei sterilis est, quemadmodū Germania ipsa.
Vino non omnino caret. Cerevisiam optimam facit, quæ
Viennā vsq̄ Austriæ vehitur. Boemi licet Germanis un-
diq̄ circūsepe sint, Germanica tamē lingua nō loquuntur.
Dalmatani aduētū Teutonice illi tricipula (denim in eorū
annalibus reperitur) fratres duos ex Croatia populis
egressos, alterū in Boemia, alterum in Polonia consedis-
se, mutasseq̄ & gentibus prioribus linguā, & terris nomina
Volaterrano auctore, mos vetus, & Germanica lingua a
plurib⁹ in hanc vsq̄ diem obseruatur. In templis enim
p̄ebet sermone Teutonico doceri, in cōmercijs Boemi-
co. Solis mendicantib⁹ oli licuit, qua vellēt lingua, populos
infringere. Nullæ leges sunt, nulla sanctiora instituta, qd
libet licet, quippe Christianæ fidei non solū non cultus,
ve qui Vivaldensū sectā amplexi timentur, verū auorum
nostrorū memoria Hussitarū veneno infecti, Orthodoxæ
fidei cultū parum enī hodie integre custodiūt. Roma-
num pontificē parem in ordinē redigūt, negantq̄ optens
augustinum esse ac venerabiliorū inter sacerdotes nullū
discrimen duentes.

DE SAXONIA

SAXONIA Germaniæ particularis regio, a Saxo-
nibus populis nomen accepit. Quos quidā reliquias
Macedonici exercitus (qui secutus magnū Alexandrum,
immatura ipsius morte, per totū orbem sit dispersus) esse
dixerunt. Quadam eas a Britānia, querendarū sedū causa
nauighs digressos, Germaniæ ad nauigasse, & propulsatis
Thuringis, eorum terram occupasse. Erat enim Saxonia



gens ab initio inquieta, nimis finitimorū sedibus infesta, domi tamen pacata, & ciuū utilitatibus placida benignitate consulēs, generis quoq; ac nobilitatis suę prouidissimā curam habens, nec facile vllis aliarū gentium, vel sibi inferiorū cōnubijs infecta, propriū sincerū & tantum sui similitū populū facere conata, vnde habitus quoq; ac corporū magnitudo, comarū color, tanq; in tāto numero hominū idē penē omnib;. Quatuor in genere differētiās habuit. Nobiliū, liberorū, libertorū atq; seruorū. Et id legibus cautū erat, ne vlla pars suę sortis oblita, terminos in copulandis coniugijs transgredereetur, sed nobilis nobilē dūceret et vxorē, liber liberā, libert^o libertā, et seruus ancillā.

DE FRANCONIA

FRANCONIA siue Francia orientalis Germanię pars, & fere mediterraneā, a Sycambrijs, quib; Valentiani Cęsaris tempore, ob Halanos deuictos, Francorū nomen contigit, appellata. Regio latis ac dēsissimis siluis, aspeniq; montibus clausa, difficulter adiri potest. Intus planā est, innumeris turratis oppidis, castris, & pagis exculta. Siluā quę Hercynia dicitur, æditissimis iugis, per circuitū obfirmans, cā veluti natiuus murus ambit. Morganus nauigabile flumē, Sala, & Thuberus, Neccharus etiam perlabuuntur. Vallēs, in quibus decurrūt, amplę & profundę sunt, earūq; vtraq; latera vitibus confita, vinū producūt, quod ob sui præstantiā ad remotissimas gentes transfert. Terra (præterq; ea pars, quę Norica hodie vocat, atq; vbi fluminibus vicinior est) arenosa nimis non est, vt Aeneas Siluius scriptū reliquit, nec nimis etiā silicosa, fertilis omnis est, hordeū, triticum & omne frumentum, legumēq; satum multo cū foenore reddit. Nulla Germanię prouintie plures & maiores cepas gignit, nulla grandiora rapa, & caulū capita. Adde Glycērhysam radicem melleam, quę in Babenbergensi agro tanta copia effoditur, vt ingentes currus ea onerari videas.




TABV. MODERNA

HVNGARIAE, POLONIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, ET VALACHIAE.



LIVONIA veræ fidei cultrix, Rutheniæ ad septentrionem præsentata, et ipso Sarmaticis finibus, Tartari Scythicum hominum genus crebrius incurfant. Liuvianos ad Christi cultum milites nostri traxere, cum antea nullum nisi malorum demonum novere. Sepius vario euentu de regni possessione in ea terra bellatum. Sarmaticum mare ab occasu, sinusque incomperte magnitudinis, cuius ostium ab occidente est, non procul a Cymbrica Chersoneso, qua Daciam hodie vocant, circa sinum ad septentrionem semi fere gentes sunt, cum quibus nullum est lingue commercium, nutu & signo pinunt mercem. Prussia, unde pruteni, terra hodie Germaniæ & Sarmatiæ particeps, a meridie illi occurrit. Eam terram si (Ptolemeus verus author est) Vistula perlati, a Torno oppido Gedanum usque, quo in loco Baltheo mari infunditur, ad Sarmaticum oceanum extensa circa Vistulam, ultra Germaniam est, ad orientem Solem & meridiem Masouitæ sunt, & Poloni accoliunt, ad occidentem Saxones. Prussie solum ferax est, maximeque frugiferum, irriguum, frequens cultus, regio amœna, & pecoribus abundans, piscatus venatioque multa. Est Prussie atque Lithuanie cotermina regiuncula, que Samogithia dicitur, siluis et fluminibus circumseptâ, quinquaginta miliarium longitudine, cuius gentes proceræ & pulchre stature, agricolæ tamen, moribusque inculti. Matrimonia plura celebrant, & absque sanguinis respectu, patre mortuo, filius non ueracem, fratre, frater gloriæ in uxorem accipit. Aes nullum habent, humiliter edificant ex limo culmoque tuguria, in carinarum aut galearum formam, in quarum culminibus fenestram unam faciunt, tam patentem, ut toti edificio lucem superne prebeat. Focus perpetuus in singulis unus, circa quem familia uniuersa sedes, non solum ut cibos coquat, verum etiam ut frigus, quo pro maiori anni parte terra hæc congelata contractaque iacet, propellat.







DE MOSCOVIA

MOSCOVIA terra quadraginta miliarum par-
tens argento diues, tam valido vbicq; presidio con-
clusa, vt nulli aduenire, verū indigere etiam absq; literis do-
cis exire atq; intrare nō possint. Plana omnino regio est,
non montuosa, nemorosa tñ, & vix vltimū paludiuosa,
plurimis maximis fluminibus, Oca, Volha, Dzuina,
Horysthenes, et Dineper irrigua, piscib⁹ ob id et feris va-
rijs abundat, quæ dmodū Lithuania, a qua non multum
discrepat, nisi qd fulgidior est, quia septentrionalior. Vnde
pecora parua habet, & cōmuniter inutilia. Mosca metro-
polis regionis, duplo maior qm Praga Bohemig, lignea vt
alix ciuitates ædificia habet multas piatras, sed dispersas,
latissimi campi interiaccnt. Mosca amnis ipsam intersecat,
arx in medio vbis in plano sita septemdecim turribus, et
tribus propugnaculis, adeo pulchris & validis, vt familia
vix reperiantur. Sedecim in ea arx ecclesie, quarum tria
sanctę Marie, sancti Michaelis, & sancti Nicolai munitę,
ceteræ omnes lignę.





TAB. NOVA NOR

BEGIAE ET GOTTIAE




ULTIMA insularum et Tyde, que
circum Britannia iacent, est, in qua
estiuo solstitio sole de Cancro sidere
faciente transitu, nox fere nulla. Bru
mali solstitio perinde nullus dies.
Pomorum copiosa est, qui illic ha
bitant, principio veris inter pecudes
pabulis viuunt, demum lacte in hyc
me conspergunt arboru fructus. Utuntur foeminis vulgo,
certum matrimoniu nullis. Cetera ex predictis patuere.





- 30. paral. diem maiorē habēs triū mensū cōtinuē, qñ videlicet sol fuerit in medietate tauri, vsq; ad medietatē leonis, hoc est a principio mēsis Maij, vsq; ad medietatē Julij. Et noctem similiter triū mensium, quando sol fuerit in signis & mē sibus oppositis.
- 29. paral. habēs diē maxi. duorū mensium cōtinuē, quando videlicet sol fuerit circa principiū geminorū, vsq; ad finē tauri, hoc est a medietate mensis Maij vsq; ad medietatē mensis Iulij fere.
- 28. para. habēs diē maxi. cōtinuē vnus mensis, qñ videlicet sol fuerit circa medietatē geminorū, vsq; ad medietatē cācri, hoc est a principiū Iulij vsq; ad finē eiusdē.
- 27. para. differt ab eqno. ho. 12. habēs diē maximā ho. 14. qñ. s. sol fuerit circa principiū geminorū.
- 26. paral. differt ab equino. hor. 11. habens diem maximam horarum. 23.
- 25. parallelus differt ab equino. ho. 10. habēs diem maximam horarum. 22.
- 24. paral. differt ab equino. horis. 9. habēs diem maximam horarum. 21.
- 23. paral. per Thylen differt ab equi. ho. 8. habēs diem maximam ho. 20.
- 22. paral. differt ab equino. ho. 7 $\frac{1}{2}$. habēs diē maximā hor. 19 $\frac{1}{2}$.
- 21. para. differt ab equi. ho. 7. habēs diem maximam horā. 19.
- 20. paral. differt ab eqñi. ho. 6 $\frac{1}{2}$. habēs diē ma. ho. 18 $\frac{1}{2}$.
- 19. paral. Cataractonū differt ab equi. ho. 6. habēs diē maxi. ho. 18.
- 18. differt ab equi. ho. 5 $\frac{1}{2}$. habēs diē max. horarū. 17 $\frac{1}{2}$.
- 17. differt ab equi ho. 5. habēs diē maxi. ho. 17.
- 16. differt ab equi. ho. 4 $\frac{1}{2}$. ha. diē ma. ho. 16 $\frac{1}{2}$.





TAB·MO·ITALIAE


CORSICAE ET SARDINIAE

DE his satis dictum est in tabula sexta & septima Eu
ropæ Ptolomei, ad quas avidus lector recurrat.

39



TABVLA MODERNA ITALIAE



THE GREAT




11
12
13

TAINO ITALIAE



TABVLA sexta Europe de Italia satis dictū est. Igitur nunc de Liguria regione Italica dicendū erit, ne aliquid intactū remaneat. Liguria Italice regio pro maiori pte inōtuosa, inter amnes Varrum & Maserā, ab altero latere Appenninū habens, ab altero Padū, Tusciā attingens, cuius caput nunc est Genua, a Ligusto Phætonis filio dicta, Ligures labore plurimo continuo vitā duram agunt. Nam multis s Arboribus oppleta regione, materia est ad naualem fabricā precipua. Arbores tanta crassitudine, vt diametri octo pareant pedū. Vnde quidā cēdēdæ materiæ, quidā subigendo agro a lapidū asperitate, cultu difficili vacant. Itā enim terra lapidosa est, vt gleba absq; faxo nequeat effodi, ob quod vitæ erumnosæ assueti, licet multo in labore versentur, parū tñ percipiunt emolumētū, continuū vero exercitiū, & victus parcitas, corpora eorum macilenta efficit ac robusta. Mulieres quoq; virorū labores perferūt, assuetę vna cū viris opus facere. Venationib; continuo vacāt, captisq; feris. Fructuū inopiā sustentāt. Niuib; insuper montan isq; asperitatibus assueti, agiles corpore ac validi reddunt. Nōnulli messis raritate, carnes partim domesticas edunt, partim ferinas, aqua in potum sumpta. Oleribus vtuntur, prout fert regio eorū, ad quos neq; Ceres venit, neq; Dionysius, prę ceteris dijs hominibus vtilis. In terra cubāt plurimi, pauci sub tecto aut in turgurijs iacent. Plures ad concaua saxa, spelūcasq; ab natura factas, vbi tegantur corpora, diuertunt. Hoc pacto prisco more absq; apparatu aliquo viuunt. Deniq; mulieres virorū, vini ferarū robur & vires habent. Asserunt in bello sepius vegetum Gallum ab gracili macilentoq; Ligure ex prouocatione singulari certamine vinci. Arma habent leuiora q; Romani. Operiunt corpora eorū scuto lōgo ad formam Galaticorū facta, tunicaq; succincta. Armantur etiā ferarū pellibus, ac ense mediocri. Quidam Rhomanorū consuetudine (quos in ea re imitati sunt) arma imutauit. Feroces sunt, & acuto ingenio, nō in bello solū, sed cōmuni vita. Mercaturā exercent, nauigantes per Sardonū Libycūq; pelagus, sponte se grauib; maris periculis obiectātes, scāphis enī haud satis ceterarū nauū more preparatis nauigant, quo fit, vt imminente tēpestate, graui subeāt vitę discrimina. Sene, hęc (vt Sa bellicus primo libro septime Enneadis habet) adhuc ferox est, & ad rebelandum nata, vt que diu Rhomana exercuit arma, plurimū pecore victitet, lacte hordeaceaq; potione.









TA MODER BOSSI

NAE, SERVIAE, GRAECIAE, ET SCLAVO
NIAE. Et primo de Graecia.



GRÆCIA regio est, a quodam
Græco, qui late in ea rerū olim poti
tus est, appellata. In hac Athænæ
ciuitas, liberaliū litterarū et philo
sophorū mater, & qua nihil hāc
buit tota Græcia clarius atq; nobi
lius, fuit inter Achaiā & Macedo
niām, in regione quæ Attica appel
lat, ab Atthis filio Athenarū regis, qui Cecropi in regnō
successit, & Athenas condidit, vnde & Cecropia dicta est,
et postea a Mopso Mopsopia, et ab Ione Xāti filio, vel (vt
Iosephus scribit) a Iano Iaphet filio, Ionia. Postremo a
Minerua Athenæ. Græci enim Mineruā Athenā vocant.
Atheniensibus Draco primū leges conscripsit, deinde
Solon Salaminus multis prioribus, ob penarū magnitu
dinē abrogatis, omnibus enim fere legibus, quas Draco
tulerat, pena erat morte diffinita, vt occij et desidia cōuicti,
capite plecterētur, qui olera fructusue alieno presidio sub
legissent, eodē quo & parricide supplicio punirētur. Ciui
tatem census estimatione Solon in ordines distribuit. In
primo hi fuere, quibus quingentorū Medimnū esset cen
sus, Secundo de in loco ascripti, qui trecentis censu forent,
equosq; alere possent. Tertius equorū onere adēpto, pari
censu æstimatus, Et ex his fere ordinibus magistratus
creari, qui infra fuerūt mercenarij nūcupati, concionis ha
bende iudicandiq; inunia, ceteris exclusis magistratibus
obibant. Quā ciuile institutionē Rhomę Seru⁹ Tullius
magna ex parte imitatus creditur. Conciliū in Arcopago
ex annuis magistratibus constituit. Instituti huius Dra
conē authorem prodiderūt. Quidā secundū hec, quæ dixi,
vt omnē Solon ciuile discordiæ occasionē in futurū tolle
ret, ni temeraria multitudo incertis (vt solet) flatibus indi
cia turbaret, ex quatuor tribubus, quæ Athenis erāt, qua
dringentos elegit viros ex singulis centū, his permissum,
vt q̄ Ariopagite decreuissent, si equa visa forent, probarēt,
si minus essent placida, pari potestate rescinderēt. De qui
bus satis modo diximus, quia historias profere, nostrū
excedit propositum.





Per hoc mare Adriaticum navigaturus Venetis per
 mltas fides 8.50. itala ad Medoniam et hinc
 per mare mediterraneum mltas itala. 1000 ad
 portus sagge tunc fante et hinc



DE THRACIA

THRACIA homines habet feros, asperos, & numero-
merosos, adeo, vt aut si vnus imperio regerentur,
aut idē sentirent (vt hystorie pater opinatur Herodotus)
inexpugnabiles forent, & omnium gentium multo validissimi.
Sed arduū hoc illis est, & nulla ratione cōtingi potest,
ideo imbecilles sunt. Habent autē multa nomina, singularū
regionum singula, moribus tamen ac opinionibus
consimilibus imbuti, præter Gethas & Thrausos, & qui
supra Crestones incolunt, ex quibus Gethesē non mori
persuasum habuere, sed ad Zalamoxim deum suum post
factū migrare. Fuit hic Zalamoxis homo Pithagore quō-
dam discipulus, qui patriā reuersus, quū adnadaueret
Thraces male viuere, et inscie eorū ipse edoctus, Iomiciū vi-
uendi genus & mores, ipsis leges dedit, docuitq; atq; psua-
sit popularibus eas seruantibus, post obitū eos ad se in eū
locum ire, vbi superstites omnium honorū cōpotes essent.
Per hoc deitatis opinionē consecutus, e Thracū se cōspectu
abduxit, atq; euauit, maximo sui desiderio post se reli-
cto. Ad hunc mittunt assidue adhuc cum naui quicq; re-
migū nunciū quēpiam ex seipsis sorte delectū, percipientes
ea quibus semper indigēt. Eūq; ita mittūt. Quibusdam
eorū datur negocium, vt tria iacula teneant, alij sue cōpres-
hensis, ei⁹ qui Zalamoxim mittitur, manibus pedibusq;
hominē agitātes in sublime iactēt ad iacula, qui si in p̄scri-
ptū extinguit, propiciū sibi deum arbitrātur, sin minus,
ipsum nuncium insimulant, adseuerantes malū illum esse
virum. Hoc insimulato, alium mittunt, dantes adhuc vi-
uenti mandata. Idē Thraces dū tonat fulguratq;, in cœlū
sagittas excutiunt, deo minitantes, q; nullum alium præter
suum esse arbitrentur.





TAB:MO: PRIMAE

PARTIS APHRICAE, ET TABVLA

secunde partis Aphricae:

DE APHRICA SATIS dictū est super tabulis
Aphricae Ptolemei, tu igitur ad eas te viene, si mira-
billa regionum Aphricae percontari libet. 19






OCEANVS OCCIDENTALIS

C. 1488. J. 1492. G. 1494. G. 1496. G. 1498. G. 1500. G. 1502. G. 1504. G. 1506. G. 1508. G. 1510. G. 1512. G. 1514. G. 1516. G. 1518. G. 1520. G. 1522. G. 1524. G. 1526. G. 1528. G. 1530. G. 1532. G. 1534. G. 1536. G. 1538. G. 1540. G. 1542. G. 1544. G. 1546. G. 1548. G. 1550. G. 1552. G. 1554. G. 1556. G. 1558. G. 1560. G. 1562. G. 1564. G. 1566. G. 1568. G. 1570. G. 1572. G. 1574. G. 1576. G. 1578. G. 1580. G. 1582. G. 1584. G. 1586. G. 1588. G. 1590. G. 1592. G. 1594. G. 1596. G. 1598. G. 1600.

Equinoctialis CIRCVS





TAB. MO. SECVN

DAE PARTIS AFRICAE

DE AFRICA satis dictum est super tabulis
Africæ Ptolemæi, tu igitur ad eas reverte, si mira-
bilia regionum Africæ percontari cupis.





1850年 1月 1日

Vertical text on the left margin, possibly a page number or a reference code, which is mostly illegible due to fading.




TABVLA MODER.


ASIAE MINORIS



ERRAM (quę hodie Turchię nomen tenet) non vna gens inhabitat, sed Turcę, Gręci, Armeni, Sarraceni Iacobitani, Nestoriani, Iudei, Christiani, secundũ leges & instituta plerũq; viuētes, quas Mahometus pseudopropheta Sarracenis Arabię genti Anno nostrę salutis sexcētesimo atq; inde trigesimo sanxit, vir (dubium) Arabs an Persa, vtrũq; enim traditur, patre malorum demonum cultore, matre Ismahelita, & ob id Hebraicę legis non ignara, distrahere puero illi, ambigũq; effingere dũ hic, dum illa suam vterq; legē ingerit. Igitur vtroq; puer imbutus cultu, neutrum adultus recipit, quin homo callidus atq; vafer ingenio, inter Christianę pietatis viros diuissimę versatus, rē perniciosam humano generi ex duab; legibus cõmentus, Hebręos aiebat impie facere, qui Christum natũ ex virgine inficiarentur, quando id prophetę, viri precipua sanctitate, diuinoq; afflati spiritu, futurum cecinissent, exspectandũq; multo antea p̄dixissent, cõtra Christianos stulte credere Ihesum dei amiceissimũ, natũq; ex virgine, opprobria et cruciatũ a Iudeis perpeti voluisse. Is pseudopropheta, cũ suam gentem malis imbuisset, legē tulit, cui ne ab hominibus sanæ mentis quandoq; irē obuiam, vel a quopiam abrogaretur, vt sordidæ & pestilentis capitalem inscripsit penã, sanxitq; in suo Alcorano, si quis de ea ausus esset disputare. Qua sanctione palam fecit, nihil sinceri in ea lege esse, quã velut mysteriũ q̄dam texerit veteritq; tractari, vt quale esset id, quod serebat, populus haud scire possit. De his igitur satis, quia historia est, ad rem Geographicam parũ conducens. Domus præterea Turcarũ, & cętera adificia, sub quibus habitare solent, de lignis & terra vulgo sunt, pauca de lapidibus, solorum magnatum domus. Balnea & deorũ templa ex his vulgo constructa, quibus & plebeiorũ quidam locupletes adeo sunt, vt exercitiũ armare expedireq; integrũ vnus possit, sed cũ frugales sint, & omnẽ sumptũ deuitent, hũmilitatem diligant, voluntariã hanc paupertatẽ & rerum sitũ patienter serunt. Ob hanc etiã causam picturas abijciunt, imaginum sculpturas sic abhorrent, sic detestantur, vt Christianos, qui eis tantũ delectentur, idolatras vocitēt, et in veritate esse cõtendãt. Sigillis in litteris (siue regis aut cuiuscũq; alterius fuerint) nullis vtiuntur, nullis signis ob-



TABV ASIAE MINORIS





munitur, fidem habent statim, ubi solummodo nomen
 audierint, aut scribentis sibi inspexerint. Campanarū usus
 apud eos nullus, nec etiā Christianos inter eos habitantes
 habere ac uti permittunt. Pro pecunia aut aliqua alia re nō
 ludunt, ludere reptos ignominijs multis et probris affu-
 ciunt & prosequuntur. Ad sedendam scaenium, sedile, aut
 aliud fulcimentū nemo, cuiuscūq; dignitas conditionisue
 existat, requirit, sed decentissima quadā & membrorū &
 vestriū compositione super terrā puerorū more recumbit.
 Mensa supra qua vescuntur, ut plurimū e corio bubulo
 par. ta est, aut ceruino non conio nato, & adhuc hirsuto,
 rotunditatē habens, quatuor vel quinque palmarū lati-
 tudinis. Circulos multos per circuitū infatos s. treos, quib⁹
 cū corrigiē inducē sunt, instar burle darditur, expanditur
 et portantur. Domū, ecclesiam, aut alium locum in quo se-
 dendū est, nisi discalearus nemo intrat, cū inhonestū in-
 decorūq; valde habeatur, ut calcatus quis sedeat, quare
 calcamento quodā utuntur, quod facile et depoti potest
 et recipi. Vestimenta veniunt cū viri cū femine suas lar-
 gas & longas, in anteriore parte apertas, quo honestius cir-
 vati naturę opus perficere atarq; possint, multam enim
 in egestione cavetur, ne meridie versus, quo orantes se ver-
 tere solent faciem conuertant, multū etiā ne ab homine
 quopiam conspectū, turpitudinē suam ostendant. Curiosi
 etiā quēadmodū apud nos mulieres micturunt, tam si
 stando quispiā mingere, pro stulto aut heretico ab om-
 nibus habetur. A vino (quī peccati & omnia imitans
 dicitur seminatum s.) ex lege abstinent, vitas tamen com-
 edunt, & mustum potant.



TA TER SANCTE




VDEA particularis Syriæ pro-
uincia in Coelosyriam iacens et per
eam ad occasum, Aegyptiaco allui
pelago, perfundatur & Iordane flu-
uio ad orientem solem. Hanc terrã
Babliaci libri, & Iosephus eos secu-
tus, Caraneã appellat, terram va-
narũ opum diuitem, frugibus fer-

tilem aquis illustrem, opimam balsamo, in medio orbis
constitutã. Quo fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore
torreatur, ob quam clementorũ gratiã estimauerunt Isra-
helitę sine Hebręi, gens antiquissima, & apud quã solã
prima hominis formatiõẽ quęstus ac veri nominis cog-
nitio, cultusq; & primũ idioma permansit, eam esse, quę pa-
tribus ois Abrahę, Ysaac, & Iacob pmissa a numine esset,
terram videlicet lacte & melle fluentẽ. Ideo Iosue fortissi-
mi ducis ductu quadragesimo anno postq; Aegyptum
eissent, suę diuisionis fecerunt, vno & triginta regibus in
ea potenti manu deuictis, Leges Israhelitę tenent, ac secũ-
dum eas viuunt, quas a Mose primo suo duce acceperũt,
quas & multis ante Mosen seculis absq; lege aliqua scri-
ptę pie sanctęq; vixerint, veritatẽ diuinis oraculis, nimis q̃
acumine et magnitudine consecuti. Excitabat enim
ille theologus Moses, nullam ciuitatem sine iuris & equi-
tatis cultu diutius consistere posse, iam cum bonorũ pre-
mijs, & impiorum supplicijs suos ad amplectendam vir-
tutẽ, & impietatem fugiendam, satis exhortatus esset, tan-
dem super decem illa legum capita, duabus tabulis ad Si-
nam perlatis, alias populo leges, ciuiliãq; instituta pro-
mulgauit. He cum adeo multę sint, ut sole integrũ librũ
prestatere possent, eas iam extra missas facere oportet, nam
magne aures angustis nichil cubare non possunt. Scias
tamen lector optime, iniuria aut iactantia pura, tantã huic
terre bonitatem fuisse adscriptam, eo qd ipsa experientia,
mercatorum & peregre proficiscentũ, hanc incultam, steri-
lem, omni dulcedine carentem depromit. Quare promissã
terram pollicentur, & non vitæ macula lingua lauante
pronuncies.



TABV. TERRE SAN CTAE



19



1824

12


Scale of 1 inch = 1 mile



TABVLA MODER.
INDIAE ORIENTALIS

DE INDORVM moribus & ritu in tabula
decima & undecima Africæ Ptolemæi abunde dictū
est, tu igitur (si iuuat) illas intuebere. 42





170 180 190 200 210 220 230 240

10 10

10 10

20 20

30 30

40 40

170 180 190 200 210 220 230 240

MVRVLI REGNUM

INDIA MERIDIONALIS

LOAC REGNUM

MOABAR PROVINCIA

REGNUM VAR

LAC REGNUM

COILV REG

SEYLAM

Tropicus Capricornus

PEVTAM

NECVRA

IAVA MAIOR

ANGAMA

IAVA MINOR

Equinoctialis

OCEANVS ORIENTALIS INDICVS

MARE INDICVM

Hic est caput civitatis Anandis

Isti habent regnum et lingua propria
distinua valde in illis tributa regni
proprio regi et sunt ydolatre et
fontes habent. pueri crescit prope
domos magis ut lamones illi
percutiunt facundiar
suo
habet

Hec provincia omnes in se quos regna
et distinua valde
aut regle sunt ydolatre sunt regni
et maxime in ista
terra hat Manuicaria

Hic sunt ambianis illa dicitur a terra

Isti adunt boves et Cochinos regni habent
Vire quos ydolatre

Hic habent regnum quod sit modernum
modicum heric nunc Gisa sunt
lano et nulli sed ydolatre audi
omnes adunt sunt ydolatre
Lac et an

Hic habent regnum
qui in dno et
ydolatre sunt
apud regni
et nulli
ydolatre
sunt

Hec insula est una de
maximis et medietate
mundi has montes silicena
2000 habet regis desunt qui
nulli tributa et est regis hat ydolatre
sunt sunt regis regis
sunt habent nullum
sunt desunt regis

Hic insula est una de
maximis et medietate
mundi has montes silicena
2000 habet regis desunt qui
nulli tributa et est regis hat ydolatre
sunt sunt regis regis
sunt habent nullum
sunt desunt regis

Isti sunt ydolatre
sunt sunt regis
sunt sunt regis
sunt sunt regis
sunt sunt regis

omnes habitatores sunt ydolatre
sunt sunt regis
sunt sunt regis
sunt sunt regis
sunt sunt regis

Hic insula sit in regno
sunt sunt regis
sunt sunt regis
sunt sunt regis

Isti habitatores sunt
ydolatre sunt regis
sunt sunt regis
sunt sunt regis

Hic insula est una de
maximis et medietate
mundi has montes silicena
2000 habet regis desunt qui
nulli tributa et est regis hat ydolatre
sunt sunt regis regis
sunt habent nullum
sunt desunt regis





TA SVPERIORIS INDIAE

ET TARTARIAE MAIORIS



ARCVS polo venetus asserit, q̄ inter omnes imperatores & reges tā Saracenorū q̄ Christianorū, pot. nrior non sit magno Chan. Qui cū morte discedit, in quodam monte maximo sepelitur, & quādo illuc portatur, Tartari omnes equos de suo stabulo, necnon equos & homines quos in via cōprehendunt interimūt, dicentes. Seruite domino vestro in alio mundo. Tartari semper morantur in campis, vbi meliora pascua reperiūtur, faciuntq; domos de pticis rotundas, filtro coopertas. Habent etiā Carrucas, in quibus deferūt suppellectilia & familiā suā. Viri nil nisi bellū agunt, vxores aut oīa alia perficiūt. Omnes carnes, preter humanas comedūt. Lac bibunt iumentorū. Se inuicē offendere cauent. Vxores eorū illustres sunt ac fideles, & quilibet potest habere tot, quot enutrire potest. Viri dant dotes parentibus vxorū, & non econuerso. Consobri- nas, nouercas, et cognatas ducūt, p̄māq; vxorem magis legitimam reputant q̄ alias. In suis nuptijs magna festa faciūt. Omnes idola colūt. Probi sunt in armis et laboribus. Iusticiā diligūt hoc modo. Homicidarū nulla est redēptio. Gladio, etiā si nō pcutiat, sed solū minet, manū perdit, p̄ vulnere simile vulnus a vulnerato recipit. Pro furto septē percussiones baculo recipitacuato, & sicut furtum est magnū, sic et p̄cussiones ascendūt per septenariū vsq; ad septē. Si aut notabile est, occiditur, ni nonies tantū reddat. Modus interficiendī est, per mediū vmbilici fecare. Post prouinciā Alcamī, vbi est mons, in quo omnes magni Chan sepeliuntur, quēdā planicies est maxima, cuius gentes siluestres, solū de animalibus viuūt, ceruos comedunt & equitant, & subsunt Tartaris. Post illā planiciē est mare oceanū. Hęc regio est versus Arcticū polū. Dehinc ad quinq; dictas est quoddā regnū, nomine Ergonil, cuius gētes idolatre sunt. Sunt & ibi Christiani, Nestoriani, & Machomettani. Boues magni siluestres, ceu Elephantes, pilosi, p̄terq; in dorso. Ibi animal est, quod muscū producit, & est in magnitudine catti, coloris citrini, habens tantum infra & supra duos dentes acutos & longos. In ventre eius iuxta vmbilicū apostema generatur sanguineū inter cutē & carnem, & illud extractū cum conio, muscus est optimus. Item ad octo dietas post Ergonil est magnū regnum regis Georgij Christiani, qui est de genere Priami, quondā maximū regis, sub quo erant Tartari, anteq; habuerūt regē de suis. Ibi sunt gentes quinq; specierū. P̄mē multū magne & nigre vt coruus. Secundę albe, habentes caudā vt p̄auo. Tertię sunt sicut nostre. Quarte sunt paruę, habentes duo capita. Quinte habent ora & dentes ad modū equorū. Itē tribus dietis ab Ergonil magn⁹ Chan habet vindariū. xv. miliarū, in q̄ sunt fontes, fluij, & prata multa. Iuxta illud vindariū magnus Chan habet. x. milia equarū, quarū lac nemo nisi Chan magnus et eius coniuncti bibūt. Dehinc patria quēdā est, in qua plurima idolatrarū monasteria sunt, quodlibet duo milia monachorū continet, qui cōtinue ieiunantes in pane & aqua, asperrima vitam ducunt. Cūq; aut magnus Chan comedit, seruitores & pincerne, qui omnes Barones sunt, ora habēt velata panno serico, aut aureo, ne anhelitus domino fastidium generet. Ciuitas Cumbali magna est, habens. xii. portas, in hac hospitantur mercatores & forenses, quorū illuc maxima cōfluit multitudo, cum incredibili mercatura serici & lapidū p̄ciosorū de India magna et multis alijs locis, et maxime de Chatan, ita q; qualibet die apportātur mille Carruce de serico, quia ibi operātur optimū sericum cum auro. Hęc ciuitas vias habet latas, & ad filandum directas, domus & palatia multa habet. In medio eius est palatiū iusticię, in quo cāpana pender, qua ter pulsata, nemo domū exire audet, nisi pro infirmo, aut foemina parturiente, & hoc cum candela lucente fieri oportet. Quilibet porta nocturno tēpore custoditur vigilibus, non nisi ob latronū timorē. In burgis Cūbali morātur. xx. millia mercencū. In Cūbali Chan monetam cudit, quę fit de corticibus interioribus mori. Omnes lapides p̄ciosos, et aurum, & argentum rex a mercatoribus accipit, eisq; vice illorum monetam suam rependit.




DE PROVIDENTIA REGIS MAGNI CHAN

MAGNVS Chan constituit. xii. barones; qui ordinant omnia quæ ex-
pediunt. 24. prouincijs, ad singulas mittentes iudices, & xii. notarios. Hi
omnes morantur in magno palatio, in mediõ ciuitatis Cumbali, quæ caput est
imperij Tartarorũ. Palatiũ regis in Cumbali girat quatuor miliaria, habens in
eius circuitu quatuor alia palatia, pro utensiliũ repositione. Hoc palatiũ in facie ad
meridiẽ habet. xv. portas, quarũ mediã solus rex intrat & exit. Sunt & etiã alia
loca, ad tria miliaria distantia, in quibus morantur cursores, & hi omnes tintinna
bulis cincti sunt. Legato igitur aliquo a rege ad aliquã prouinciã, capite & cor-
pore ligato (propter velocẽ equorũ strepitum) equitat, currunt enim in die. cccc.
miliaria. Peruentis illis ad postem, statim recedentes equos sumunt, quos semper
paratos inueniunt.

DE VIRGINIBVS NON VALENTIBVS NVBERE.

POST hæc quedã prouincia est, nomine Theber, destructa a magno Chan,
habens desertũ. xx. dietarũ, quod abundat animalibus siluestribus, & maxi-
me leonibus, & alijs feris. In cuius deserti introitu arundines lōgissime sunt, quæ
fractæ, maximũ clangorẽ emittunt, a quo animalia illa fugiunt. Post hoc multæ
ciuitates sunt & castra, habentes consuetudinem, nunq̃ virgines maritandi. Et
propterea omnes forenses perambulantes capiunt, rogando vt earum virgines
deflorent. Cũq̃ aut maritandæ sunt, quælibet in festis discurrendo, ad collũ om-
nia iocalia dictorũ forensium sibi donata portat, & quæ plura suæ deflorationis
signa portat, melior reputatur, & citius maritũ assequitur. Gentes huius prouincie
sunt idolatræ. De agricultura & venationibus viuunt. Vestitæ sunt animalium
pellibus. Ista prouincia diuisa est in octo regna, habens corallum pro moneta, q̃
ibi clarissimus reperitur. Hæc prouincia maximos necromanticos & astrologos
habet, & subest magno Chan.





TAB. MODERNA INDIAE

DE INDORVM moribus & ritu, in tabula decima & vndecima Alig
Ptoleroçi abunde dictum est. Tu igitur (si placet) vide. 44









TAHERE HELVE



ELVETIA regio aspera et in
insula, in cunis ripibus Rhenus orit
fluvius. Hæc homines gignit viri
usq; sexus validos, corporibus & for
ma venustos, statura proceros, &
tanq; gigantes robustos. Gens illa
bellicosissima est, in armis & rebus
bellis satis valens, & quia Mars
multum debeat, simplex tamen est, benevola, & advenis
multum benigna. In heremo autem Helveticorum multa
deorum obitu, Virginis scilicet herate & semper bene
dicte, heremum beati Munradi, & fratris Nicolai,
quem vulgo Beatus Cleus vocat, ad que a longinquis
partibus confluant peregrini, vota sua perficientes, quos
benigne suscipiunt indigenæ, largientes & impatiens
eis victum & alimonia necessaria etc.





SVEVIE

PARS

BVRGVNDIE PARS

EREMVS

HELVETIORVM

TURGONIA

Septentrionis



BURG/SIDE KANA


TABVLA NOVA

PROVINCIAE RHENI.



QVAS Rhenus pater insignissimus proles parturijt, non facile quis dicere potest. Is etenim proficiens in confinibus montis Adulae, potentissimas et validissimas prouintias, praefecturas, principatus, Ciuitates, oppida & villas, pertransit, relinquens ab vna parte mōtes, & siluā, quam nigrā dicunt, ab altera Volagum montē maximū. Sed quia ex tabula ipsa prouinciarū & ciuitatum nomina satis se offerūt intuenti, & in Europa Ptolemei de Germania magna ac eorum populis satis dictum est, non amplius obtundam animū lectoris, sed ad quartā et quintā Europę tabulas transmittō.

TABV PROVI RHENI




Militaria Typogr

ALSATIE

PAPARS

Dauphiné pars



LOTHARINGIA

LUXEMBURGIE PARS

Zweybruck
Schoenberg
Saverburg

Treueris

4 10 14 20

TABV NEOTERICA

CRETAE SIVE CANDIAE.



RETA quę & Candia dicitur insula in medio ponto centum vrbiū fama clara. Hęc (vt Strabo scribit) a septētrione Aegeo alluitur pelago & Cretico, ab austro Libyco. In lōgitudine habet. 70. milia passuū, in latitudine quinquaginta milia. Circuitus eius. 580. milia passuum cōplectitur. Insignes in ea vrbes sunt Cortina Cydonea,

Gnosum, Minois regia, & Strabonis chronographi patria, & Ida mons, omniū qui in ea sunt celeberrimus, celsissimo is vr̄tice assurgit. Appollodorus longitudinem eius duū milium trecētorūq; stadiorū tradit, circuitum quinq; milium, & amplius. Artemidorus mille minus. Nullū in Creta animal noxiū est, serpens ibi nulla, nulla noctua, & si inueniatur, statim moritur. Capris copiosa, ceruis eget, optimi vini feracissima. Herbā producit, quę Diptamos dicit, et Alunosam, quę morsu, diuturnā famem prohibet. Sphalagos etiā venenatos gignit, & lapidem, qui Ideus dactylus dicitur. Cureta olim vocabatur, ab habitantibus Curetibus, et p̄ sincopā Creta. Alij dicunt Cretam dictā, a Crete quodā Iouis filio Curetū rege, Alij a Crete nymp̄ha Hesperidis filia. Incultum hominū genus a principio habuit. Rhadamantus ad mansuetiores vitę ritus perduxit, sequutus inde Minos, qui equitate & iusticia adhuc magis excoluit. Plato author est, Lacedæmonios & alias vetustissimas Gręcæ ciuitates hinc sibi leges et instituta quesuisse. Fuit gens ab initio libertatis studiosa, ea se possidere arbitrati, quę non essent tyrannorū libidinibus exposita, fuit & concordie perpetua cura, quę seditioni diuitiarum auaritię alumnæ inimica est, modice proinde antiquitus frugaliterq; vitā agitare. Frequentabant pueri conuentus, quos greges nominabant. Adultæ ætatis vin publica inter se conuiuia celebrare, arma reipublice tractare, ab ineunte ætate corpora laboribus exercere, mansuetus & frigora perpeti, ac diues semita's saltusq; superare, in gymnasijs pugnas cære, arcibus & sagittis plurimū vt, in armis saltationem, quā pirrhicē nominant, vulgo celebrare, flexu corporis hęc saltatio fiebat, quo plagę telasq; euitarentur, sagulum & militarem calceum sibi induere, arma p̄ciosissimum munus credere, tantum ad hęc rei maritimę studium, vt in prouerbiū abierit, si quisq; nosset, se nescire dissimularet, & Cretes diceretur, pelagus nescit. Inter æquales connubia conciliari, ex omniūq; iuuenum cœtu uirginibus sibi sponfos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, q̄ ad domesticam ministracionem essent idoneę. Dotis magnitudo fuit, si frater aderat, patrimonij dimidiū. Pueri ex legibus litteras & cantilenas et musicę artis modulamina quędam discabant, ad virosq; Sissitia perducti, humi vilibus tecti amiculis sedebant, illisq; pugnam centibus ministrare, puerorum validissimus, maximeq; elatus, ductitabat gregem, pro viribus singuli plurimos aggregabant equales, ad nationes egredi, cursu exercebantur corpora, statis diebus puerorū cœtus ad tibie & lyre cantum in se cōmitti, vt in re bellica consueuerit. His etiam id moris fuisse quidam memorant, largos dies candido notare calculo, tristes atq; molestos atro, et si plures hunc morem ad Thraces referunt.

TABV NOVA CANI

CRETICVM MARE



CARPATICVM MARE

Quilibet hujus divisionis staret Miles vni Germanici italici vero quinq


1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----





TABVLA MODER.

GRONLANDIAE ET RVSSIAE



RUSSIA regio tantæ fertilitatis, vt agro rude culto frumētōq; insperlo tribus perpetuis annis fructū ferat, nec opus est, agrum quotannis inuertere, sed intermetendum segete leniter excussa, alia in sequentē annū sua sponte crescit. Gramē adeo procerum producit, vt peritcam transcē-

dat, vnde ibi apum tanta copia, vt mella, nedum in aluearīs aut arboribus, verum in rupium & terræ cauernis reponat. Optimus mēdo, et hic grandes cerarum orbis, qui ad nos vsq; aduchuntur, ibi sunt. Non impiscantur piscinæ & stagna Rusorum, sed (vt aiunt) pisces ex cœli influentia succrescunt. Sal quodam in lacu Kaczibeto vocato, siccis temporibus colligitur, pro quo genti cum Tartaris crebra bella feruntur.









RES.

2780 A.

